Lectura super epistolam B. Pauli ad Romanos

Lectio XII 1

1 Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem: rationabile obsequium vestrum.

2 Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta.

3 Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

953. – […] Circa primum [= perfectionem vitae quantum ad sanctitatem quam homo servat Deo] duo facit.

[1] Primo monet ut homo se exhibeat Deo sanctum;

[2] secundo docet qualiter aliquis uti debeat donis gratiae Dei, quibus sanctificatur, ibi "Dico enim per gratiam", et cetera.

Circa primum duo facit.

[1.1] Primo docet qualiter aliquis se debeat exhibere Deo quantum ad corpus;

[1.2] secundo quantum ad animam, ibi "Et nolite conformari", et cetera.

954. – Circa primum duo facit.

[1.1.1] Primo inducit observantiam eorum quae docentur: et hoc dupliciter.

[1.1.1.1] Uno quidem modo ex parte sui ipsius, cum dicit "Obsecro itaque vos, fratres", quasi dicat:

Lesung über den Brief des sel. Apostels Paulus an die Römer

Lesung XII 1

1 Darum beschwöre ich euch, Brüder, um der Barmherzigkeit Gottes willen, daß ihr eure Leiber als ein lebendiges, heiliges, Gott wohlgefälliges Opfer darstellt, so daß euer Gottesdienst geistig sei.

2 Und gleicht euch nicht dieser Welt an, sondern wandelt euch um durch die Erneuerung eures Sinnes, damit ihr prüft, was der Wille Gottes, was gut, wohlgefällig und vollkommen sei.

3 Denn ich sage aufgrund der Gnade, die mir gegeben ist, allen, die unter euch sind, nicht höher von sich zu denken, als sich geziemt, sondern nüchtern von sich zu denken, nach dem Maße des Glaubens, das Gott einem jeden zugeteilt hat.

953. – […] Zum ersten [= der Vervollkommnung des persönlichen Lebens im Hinblick auf die Heiligkeit, mit der der Mensch Gott dient] tut er zweierlei.

[1] Erstens ermahnt er, daß der Mensch sich Gott gegenüber als heilig erweise;

[2] zweitens lehrt er, wie man die Gnadengaben Gottes gebrauchen muß, um sich zu heiligen, dort, wo es heißt: „Denn ich sage aufgrund der Gnade" usw.

Zum ersten tut er zweierlei.

[1.1] Erstens lehrt er, wie man sich Gott gegenüber erweisen soll im Hinblick auf den Leib,

[1.2] zweitens im Hinblick auf die Seele, dort, wo es heißt: „Und gleicht euch nicht [dieser Welt] an" usw.

954. – Zum ersten tut er zweierlei.

[1.1.1] Erstens führt er die Beachtung dessen, was er gelehrt hat, an – und dies in zweifacher Hinsicht.

[1.1.1.1] Zum einen von Seiten seiner selbst, wenn er sagt: „Darum beschwöre ich euch, Brüder", so als ob er sagen wollte:

dictum est incomprehensibilia esse iudicia Dei, et investigabiles vias eius, itaque "obsecro vos, fratres", ut scilicet observetis ea quae dicentur.

955. – Utitur autem obsecratione propter tria.

[1.1.1.1.1] Primo quidem ad demonstrandum suam humilitatem. *Prov*. XVIII,23: "Cum obsecrationibus loquitur pauper", qui scilicet de sua abundantia non confidit, et ideo non ex eo quod suum est, sed ex eo quod Dei est, homines conatur inducere ad bonum. Nam obsecrare est ob sacra contestari.

[1.1.1.1.2] Secundo ut magis ex amore moveat rogando, quam ex timore, auctoritative imperando. Unde dicitur ad *Philem*. 8 s.: "Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro." *Gal*. ult. [VI,1]: "Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis."

[1.1.1.1.3] Tertio propter reverentiam Romanorum quibus scribebat. I *Tim*. V,1: "Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem."

956. – [1.1.1.2] Alio modo inducit eos ex parte Dei, cum dicit "per misericordiam Dei", per quam scilicet salvati estis. *Tit*. II,5: "Secundum misericordiam suam salvos nos fecit." Et ideo ex consideratione divinae misericordiae debemus facere quod monemur. *Matth*. c. XVIII,33: "Nonne oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum?" Vel potest dici "per misericordiam Dei", id est auctoritate apostolatus mihi misericorditer commissi. I *Cor*. VII,25: "Misericordiam consecutus sum a Domino, ut sim fidelis."

957. – [1.1.2] Secundo ponit admonitionem, cum dicit "ut exhibeatis corpora vestra", et cetera.

Circa quod sciendum est quod, sicut Augustinus dicit X *De Civit. Dei*, visibile sacrificium, quod exterius Deo offertur, signum est invisibilis sacrificii, quo quis se et sua in Dei obsequium exhibet.[1]

[1] Vgl. Augustinus, *De civitate Dei* X 19 (PL 41,297).

Es wurde gesagt, daß die Urteile Gottes unbegreiflich und seine Wege unerforschlich sind. Darum „beschwöre ich euch, Brüder", daß ihr das beobachtet, was nun gesagt wird.

955. – Er bedient sich aber der Beschwörung aus drei Gründen:

[1.1.1.1.1] Erstens, um seine Demut zu zeigen: „Mit flehenden Worten redet der Arme" (*Spr* 18,23), da er auf sein Vermögen nicht vertraut. Deshalb versucht er auch nicht im Hinblick auf sein eigenes Vermögen, sondern auf die Macht Gottes, die Menschen zum Guten hinzuführen. Denn „beschwören" heißt soviel wie „um einer heiligen Sache willen jemanden zum Zeugen anrufen";

[1.1.1.1.2] Zweitens, um mehr mit Liebe zu bewegen durch Bitten, als mit Furcht durch autoritatives Befehlen. Daher heißt es in *Philem* 8: „Obschon ich in Christus Jesus große Zuversicht habe, dir das Geziemende zu befehlen, bitte ich doch vielmehr um der Liebe willen." „Ihr, die ihr geistig gesinnt seid, sollt einen solchen im Geiste der Sanftmut zurechtweisen" (*Gal* 6,1).

[1.1.1.1.3] Drittens aus Ehrerbietung gegenüber den Römern, an die er schrieb: „Einen Älteren fahre nicht hart an, sondern ermahne ihn wie einen Vater" (1 *Tim* 5,1).

956. – [1.1.1.2] Zweitens führt er sie [zur Beachtung dessen an, was er gelehrt hat] von Seiten Gottes, wenn er sagt: „Um der Barmherzigkeit Gottes willen", durch die ihr gerettet worden seid. „Aufgrund seiner Barmherzigkeit hat er uns gerettet" (*Tit* 2,5). Deshalb müssen wir im Hinblick auf die göttliche Barmherzigkeit unsere Ermahnung erteilen: „Hättest denn nicht auch du dich deines Mitknechtes erbarmen sollen, so wie auch ich mich deiner erbarmt habe?" (*Mt* 18,33). Oder man kann sagen: „um der Barmherzigkeit Gottes willen", das heißt um der Autorität des Apostelamtes willen, das mir aufgrund der Barmherzigkeit übertragen wurde: „Ich habe vom Herrn Barmherzigkeit erlangt, treu zu sein" (1 *Kor* 7,25).

957. – [1.1.2] Zweitens führt er die Ermahnung an, wenn er sagt: „daß ihr eure Leiber als ein lebendiges Opfer darbringt" usw.

Dazu muß man wissen, daß, wie Augustinus im 10. Buch *Vom Gottesstaat* sagt, das sichtbare Opfer, das Gott äußerlich dargebracht wird, ein Zeichen des unsichtbaren Opfers ist, wodurch jemand sich und das Seine in den Dienst Gottes stellt.

958. – Habet autem homo triplex bonum.

[a] Primo quidem bonum animae, quod exhibet Deo per devotionis et contritionis humilitatem, secundum illud *Ps*. L,19: "Sacrificium Deo spiritus contribulatus."

[b] Secundo habet homo exteriora bona, quae exhibet Deo per eleemosynarum largitionem. Unde dicitur *Hebr*. ult. [XIII,16]: "Beneficentiae et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus."

[c] Tertio habet homo bonum proprii corporis: et quantum ad hoc dicit, ibi "ut exhibeatis", scilicet Deo, "corpora vestra", sicut quamdam spiritualem hostiam. Dicebatur autem animal Deo immolatum hostia, vel quia pro victoria hostium offerebatur, seu pro securitate ab hostibus, vel quia ad ostium tabernaculi immolabatur.

959. – Exhibet autem homo Deo corpus suum ut hostiam tripliciter.

[i] Uno quidem modo, quando aliquis corpus suum exponit passioni et morti propter Deum, sicut dicitur de Christo *Eph*. V,2: "Tradidit semetipsum oblationem et hostiam Deo." Et Apostolus dicit de se *Phil*. II,17: "Si immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestrae, gaudeo."

[ii] Secundo per hoc quod homo corpus suum ieiuniis et vigiliis macerat ad serviendum Deo, secundum illud I *Cor*. IX,27: "Castigo corpus meum, et in servitutem redigo."

[iii] Tertio per hoc quod homo corpus suum exhibet ad opera iustitiae et divini cultus exequenda. Supra VI,19: "Exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem."

960. – Est autem considerandum, quod hostia quae Deo immolabatur, quatuor habebat.

[1.1.2.1] Primo namque ipsa oblatio debebat esse integra et incorrupta. Unde dicitur *Mal*. I, v. 14: "Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile Domino." Et propter hoc dicit "viventem", ut scilicet hostia nostri corporis quam Deo offerimus, sit vivens per fidem formatam charitate. *Gal*. II,20: "Quod nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei."

958. – Nun besitzt der Mensch ein dreifaches Gut:

[a] erstens das Gut der Seele, das er Gott durch Demut in der Ergebenheit und Zerknirschung darbringt, nach *Ps* 50,19: „Ein Opfer für Gott ist ein zerknirschter Geist."

[b] Zweitens besitzt der Mensch äußere Güter, die er Gott durch Spendung von Almosen darbringt. Daher heißt es in *Hebr* 13,16: „Wohlzutun und mitzuteilen vergeßt nicht, denn an solchen Opfern hat Gott Wohlgefallen."

[c] Drittens besitzt der Mensch das Gut des eigenen Leibes; und in Bezug hierauf sagt er: „daß ihr eure Leiber", gleichsam als ein geistiges Opfer, Gott „darbietet". Es wurde aber ein für Gott geschlachtetes Tier ein Opfer (*hostia*) genannt, weil es entweder für den Sieg über die Feinde (*hostes*) dargebracht wurde oder für die Sicherheit vor den Feinden, oder auch, weil es am Eingang (*ostium*) des Tempels geschlachtet wurde.

959. – Der Mensch bringt seinen Leib aber in dreifacher Weise Gott als Opfer dar:

[i] zum einen, wenn er seinen Leib für Gott dem Leiden und dem Tod aussetzt, wie es von Christus in *Eph* 5,2 heißt: „Er hat sich selbst Gott hingegeben als Gabe und Opfer." Und der Apostel sagt von sich selbst in *Phil* 2,17: „Wenn ich hingeopfert werde zur Opfergabe und zum Dienst eures Glaubens, so freue ich mich."

[ii] Zweitens dadurch, daß er seinen Leib durch Fasten und Nachtwachen abtötet, um ihn Gott in Dienstbarkeit zu bringen, nach 1 *Kor* 9,27: „Ich züchtige meinen Leib und bringe ihn in die Dienstbarkeit."

[iii] Drittens dadurch, daß der Mensch seinen Leib in den Dienst der Werke der Gerechtigkeit und der Ausübung der Gottesverehrung stellt: „Gebt eure Glieder dem Dienst der Gerechtigkeit hin zur Heiligung" (*Röm* 6,19).

960. – Man muß aber bedenken, daß das Opfer, das Gott dargebracht wurde, vier Eigenschaften hatte.

[1.1.2.1] Denn erstens mußte die Opfergabe selbst rein und unverdorben sein. Daher heißt es in *Mal* 1,4: „Verflucht sei, wer trüglich handelt, wenn er in seiner Herde ein männliches Tier hat, und wer dem Herrn ein Gelübde macht und doch Schadhaftes opfert." Deswegen sagt er: „als ein lebendiges", damit das Opfer unseres Leibes, das wir Gott darbringen, in dem durch die Liebe geformten Glauben lebendig sei: „Sofern ich jetzt im Fleische lebe, lebe ich im Glauben an den Sohn Gottes" (*Gal* 2,20).

Est autem attendendum quod naturalis hostia quae prius viva erat, occidebatur, ut immolaretur, ad ostendendum quod adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, ut supra V,12ss. dictum est. Sed haec hostia spiritualis semper vivit et in vita proficit, secundum illud *Io*. X,10: "Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant", quia iam peccatum ablatum est per Christum: nisi dicamus quod hostia corporis nostri vivit quidem Deo per iustitiam fidei, sed mortificatur concupiscentiis carnis. *Col*. III,5: "Mortificate membra vestra quae sunt super terram."

961. – [1.1.2.2] Secundo vero hostia Deo oblata in ipsa immolatione sanctificabatur. Unde dicitur *Lev*. XXII,3: "Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quae consecrata sunt, et quae obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino." Et ideo subdit "sanctam", scilicet per devotionem, qua corpus nostrum Dei servitio mancipatur. *Lev*. XX,7: "Sanctificamini et estote sancti, quia ego sanctus Dominus Deus vester." Proprie autem sanctitas dicitur per respectum ad Deum, inquantum scilicet homo servat ea quae sunt iusta, quoad Deum.

962. – [1.1.2.3] Tertio quantum ad ipsam sacrificii consumptionem dicebatur sacrificium suave et acceptum Domino, secundum illud *Lev*. I, v. 9: "Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, et in odorem suavissimum Domino." Unde hic dicit "Deo placentem", scilicet per rectitudinem intentionis. *Ps*. LV,13: "Ut placeam coram Deo in lumine viventium".

963. – [1.1.2.4] Quarto in ipsa sacrificii praeparatione apponebatur sal. Unde *Lev*. II,13: "Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies." Et *Mc*. IX,48 dicitur: "Omnis victima sale salietur." Sal autem discretionem sapientiae significat. Unde dicitur *Col*. ult. [IV,5]: "In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, sermo vester semper in gratia sit sale conditus." Unde et hic sequitur "rationabile obsequium vestrum", scilicet cum discretione corpora vestra Deo exhibeatis hostiam, vel per martyrium vel per abstinentiam vel per quodcumque opus iustitiae.

Man muß aber bemerken, daß das natürliche Opfer, das lebendig war, für die Opferung getötet wurde, um zu zeigen, daß der Tod noch im Menschen herrschte, da ja in ihm noch die Sünde herrschte, wie oben in 5,12 gesagt wurde. Doch diese geistige Opfergabe bleibt immer lebendig und nimmt [durch die Opferung] an Leben zu: „Ich bin gekommen, damit sie das Leben haben, und es in Fülle haben" (*Joh* 10,10), denn die Sünde wurde bereits durch Christus beseitigt; oder wir sagen, das Opfer unseres Leibes lebt einerseits für Gott aufgrund der Gerechtigkeit des Glaubens, wird aber andererseits in den Begierden des Fleisches getötet: „Ertötet eure Glieder, die irdisch sind" (*Kol* 3,5).

961. – [1.1.2.2] Zweitens wurde die Gott dargebrachte Opfergabe durch die Opferung selbst geheiligt. Daher heißt es in *Lev* 22,3: „Jeder von eurem Stamme, der den geweihten Gaben naht, welche die Söhne Israels dem Herrn dargebracht haben, während ihm Unreinheit anhaftet, soll vor dem Herrn umkommen." Deshalb fügt er hinzu: „ein heiliges" [Opfer], nämlich durch die Ergebenheit, durch die unser Leib in den Dienst Gottes gestellt wird: „Heiligt euch und seid heilig; denn ich bin der Herr, euer Gott" (*Lev* 20,7). Heiligkeit im eigentlichen Sinne schließt eine Beziehung zu Gott in sich, insofern der Mensch dasjenige beachtet, was in Bezug auf Gott gerecht ist.

962. – [1.1.2.3] Drittens wurde hinsichtlich der Vernichtung des Opfers selbst das Opfer dem Herrn süß und wohlgefällig genannt, nach *Lev* 1,9: „Alles Geopferte soll der Priester auf dem Altare zu einem Brandopfer und zu einem lieblichen Geruch für den Herrn verbrennen." Deshalb sagt er hier: „ein Gott wohlgefälliges", nämlich durch die Rechtheit der Absicht: „Auf daß ich vor Gott im Licht der Lebendigen Wohlgefallen finde" (*Ps* 56,13).

963. – [1.1.2.4] Viertens wurde bei der Zubereitung des Opfers Salz verwandt. Daher heißt es in *Lev* 2,13: „Alle Speiseopfer, die du darbringst, sollst du mit Salz würzen." Und in *Mk* 9,48 heißt es: „Jedes Opfer wird mit Salz gesalzen werden." Das Salz bezeichnet aber die unterscheidende Kraft der Weisheit. Daher heißt es in *Kol* 4,5: „In Weisheit verhaltet euch gegen die, die draußen sind. Eure Rede sei allezeit wohlgefällig, mit Salz gewürzt." Deshalb folgt hier: „so daß euer Gottesdienst geistig sei", nämlich, daß ihr eure Leiber Gott mit weiser Unterscheidung als Opfer darbringt, entweder im Martyrium oder in der Enthaltsamkeit oder in irgendwelchen Werken der Gerechtigkeit:

I *Cor*. XIV,40: "Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis." Et in *Ps*. XCVIII,4: "Honor regis iudicium diligit."

964. – Aliter se habet homo iustus ad interiores actus, quibus Deo obsequitur, et ad exteriores. Nam bonum hominis et iustitia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus scilicet homo credit, sperat et diligit. Unde dicitur *Lc*. XVII,21: "Regnum Dei intra vos est." Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infra XIV, v. 17: "Non est regnum Dei esca et potus." Unde interiores actus se habent per modum finis, qui secundum se quaeritur: exteriores vero actus per quos Deo corpora exhibentur, se habent sicut ea quae sunt ad finem.

In eo autem quod quaeritur tamquam finis nulla mensura adhibetur, sed quanto maius fuerit, tanto melius se habet. In eo autem quod quaeritur propter finem, adhibetur mensura secundum proportionem ad finem, sicut medicus sanitatem facit tantum quantum potest, medicinam autem non tantum dat quantum potest, sed quantum videt expedire ad sanitatem consequendam.

Et similiter homo in fide, et spe, et in charitate nullam mensuram debet adhibere, sed quanto plus credit, sperat, et diligit, tanto melius est; propter quod dicitur *Deut*. IV,5: "Diliges Dominum Deum tuum", et cetera. Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretionis mensura per comparationem ad charitatem. Unde dicit Hieronymus: "Nonne rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium vel vigilias praefert sensu integritati, ut propter Psalmorum atque officiorum decantationem, amentiae vel tristitiae quis notam incurrat?"[2]

965. – [1.2] Deinde cum dicit "Et nolite conformari", etc., ostendit qualiter se debeat homo exhibere Deo quantum ad animam.

[1.2.1] Et primo prohibet saeculi conformitatem, cum dicit "Et nolite conformari huic saeculo", id est, rebus quae temporaliter transeunt.

[2] Vgl. Gratian, *Decretum* P. III De cons., d. 5, can. 24 (RF I,1418).

„Alles geschehe geziemend und nach der Ordnung" (1 *Kor* 14,40). „Die Ehre des Königs liebt das Recht" (*Ps* 99,4).

964. – Der gerechte Mensch verhält sich nämlich in seinen inneren Akten, mit denen er Gott dient, anders als in seinen äußeren. Denn das Gut des Menschen und seine Gerechtigkeit besteht in erster Linie in den inneren Akten, mit denen der Mensch glaubt, hofft und liebt. Daher heißt es in *Lk* 17,21: „Das Reich Gottes ist in euch." Es besteht aber nicht vorrangig in äußeren Tätigkeiten: „Das Reich Gottes ist nicht Speise und Trank" (*Röm* 14,17). Daher haben die inneren Akte den Charakter eines Zieles, das um seiner selbst willen erstrebt wird, während die äußeren Tätigkeiten, durch die wir Gott unseren Leib darbringen, mehr den Charakter dessen haben, was um eines anderen Zieles willen geschieht.

An dasjenige aber, was gleichsam als Ziel angestrebt wird, legt man keinen Maßstab an, sondern je größer es ist, desto besser ist es, während dagegen an dasjenige, was um eines anderen Zieles willen betätigt wird, ein Maßstab angelegt wird, der sich nach dem Ziel richtet. So betreibt auch der Arzt die Heilung, so sehr er kann, während er die Arznei nicht verabreicht, soviel er kann, sondern nur insoweit, als er sieht, daß es zur Erzielung der Gesundheit angebracht ist.

Ebenso darf nun auch der Mensch an seinen Glauben, seine Hoffnung und seine Liebe keinen Maßstab anlegen, sondern je mehr er glaubt, hofft und liebt, desto besser ist es. Deswegen heißt es: „Du sollst den Herrn, deinen Gott, lieben aus deinem ganzen Herzen, und aus deiner ganzen Seele, und aus allen deinen Kräften" (*Dtn* 4,5). Dagegen ist an die äußeren Tätigkeiten der Maßstab der Unterscheidung anzulegen, der sich nach der Liebe richtet. Deshalb sagt Hieronymus: „Verliert nicht der vernünftige Mensch seine Würde, wenn er Fasten oder Nachtwachen der Unversehrtheit des Sinnes so sehr vorzieht, daß man glaubt, er sei durch das Singen von Psalmen und Gebetsweisen verrückt oder tiefsinnig geworden."

965. – [1.2] Danach, wenn er sagt: „Und gleicht euch nicht" usw., zeigt er, wie der Mensch sich Gott gegenüber in Bezug auf seine Seele verhalten muß.

[1.2.1] Erstens verbietet er die Gleichförmigkeit mit der Welt, wenn er sagt: und werdet dieser Welt nicht gleichförmig, das heißt den Dingen, welche zeitlich vorübergehen.

Nam saeculum praesens est quaedam mensura eorum quae temporaliter labuntur. Rebus autem temporalibus homo conformatur per affectum, eis amore inhaerendo. *Os*. IX, v. 10: "Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt." *Iac*. I,27: "Religio munda et immaculata apud Deum et patrem haec est, immaculatum se custodire ab hoc saeculo." Conformatur etiam huic saeculo qui vitam saeculariter viventium imitatur. *Eph*. IV,17: "Testificor in Domino, ut iam non amplius ambuletis, sicut et gentes ambulant."

966. – [1.2.2] Secundo mandat interiorem mentis reformationem, cum dicit "Sed reformamini in novitate sensus vestri". Sensus autem hominis hic dicitur ratio, secundum quod per eam homo iudicat de agendis. Hunc autem sensum homo in sua creatione habuit integrum et vigentem, unde dicitur *Eccli*. XVII,6: "Sensus implevit corda illorum, et bona, et mala ostendit illis." Sed per peccatum hic sensus est corruptus, et quasi inveteratus, *Bar*. III,11: "Inveterasti in terra aliena", et per consequens pulchritudinem et decorem suum amisit. *Thren*. I,6: "Egressus est a filia Sion omnis decor eius."

Monet ergo Apostolus ut reformemur, id est, iterato formam et decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit, quod quidem fit per gratiam Spiritus Sancti, ad quam participando homo studium habere debet, ita scilicet ut qui eam nondum perceperunt, eam percipiant, et qui illam perceperunt, in ea proficiant. *Eph*. IV,23: "Renovamini spiritu mentis vestrae." *Ps*. CII,5: "Renovabitur ut aquilae iuventus tua." Vel aliter "Renovamini", scilicet in exterioribus actibus, "in novitate sensus vestri", id est secundum novitatem gratiae, quam mente percepistis.

967. – [1.2.3] Tertio assignat rationem admonitionis praedictae, cum dicit "ut probetis quae sit voluntas".

Circa quod considerandum est, quod, sicut homo qui habet gustum infectum, non habet rectum iudicium de saporibus sed ea quae sunt suavia interdum abominatur, ea vero quae sunt abominabilia appetit, qui autem habet gustum sanum, rectum iudicium de saporibus habet;

Denn die gegenwärtige Welt ist ein bestimmtes Maß dessen, was zeitlich dahinschwindet. Den zeitlichen Dingen wird aber der Mensch gleichförmig durch das Begehren, indem er ihnen mit Liebe anhängt: „Sie wurden zum Greuel wie das, was sie liebten" (*Hos* 9,10). „Ein Gottesdienst, rein und makellos vor Gott und dem Vater, ist dies: sich unbefleckt bewahren durch Abwendung von dieser Welt" (*Jak* 1,27). Es wird auch dieser Welt gleichförmig, wer die Lebensart der weltlich Lebenden nachahmt: „Ich beschwöre euch im Herrn, daß ihr nicht mehr wandeln möget, wie die Heiden wandeln" (*Eph* 4,17).

966. – [1.2.2] Zweitens fordert er die innere Erneuerung des Geistes, wenn er sagt: „sondern wandelt euch um durch die Erneuerung eures Sinnes." Der Sinn des Menschen bedeutet hier jene Vernunft, durch welche der Mensch das beurteilt, was zu tun ist. Diesen Sinn besaß aber der Mensch bei seiner Erschaffung im unversehrten und kräftigen Zustand. Daher heißt es in *Sir* 17,6: „Ihr Herz erfüllte er durch einen Sinn und zeigte ihnen, was böse und was gut ist." Durch die Sünde aber wurde dieser Sinn verdorben und gleichsam abgestumpft: „Du bist abgezehrt im fremden Land" (*Bar* 3,11), und infolgedessen verlor er seine Schönheit und Zierde: „Gewichen ist von der Tochter Sion all ihre Zierde" (*Klg* 1,6).

Also ermahnt der Apostel, daß wir uns wieder umformen sollen, das heißt von neuem die Form und Zierde des Geistes annehmen, die unser Geist besaß. Dies geschieht durch die Gnade des Heiligen Geistes, an der Anteil zu haben der Mensch sich bemühen muß; so daß, wer sie noch nicht empfangen hat, sie empfangen möge, und wer sie bereits empfangen hat, in ihr fortschreiten möge: „Erneuert euch im Geiste eures Sinnes" (*Eph* 4,23). „Deine Jugend erneuert sich wie die des Adlers" (*Ps* 103,5). Oder anders: „Wandelt euch um", nämlich in den äußeren Handlungen, „durch die Erneuerung eures Geistes", das heißt durch die Neuheit der Gnade, die ihr im Geiste empfangen habt.

967. – [1.2.3] Drittens gibt er den Grund für genannte Ermahnung an, indem er sagt: „Damit ihr prüfet, was der Wille Gottes sei."

Dazu ist zu erwägen: Der Mensch, der einen krankhaften Geschmack hat, besitzt nicht das rechte Urteil über die Geschmacksempfindungen; denn er verabscheut zuweilen das Süße, während er das Widerliche begehrt. Wer aber einen gesunden Geschmack hat, besitzt ein richtiges Urteil über das Schmackhafte.

ita homo qui habet corruptum affectum quasi conformatum rebus saecularibus, non habet rectum iudicium de bono; sed ille qui habet rectum et sanum affectum, sensu eius innovato per gratiam, rectum iudicium habet de bono. Ideo ergo dixit: "Nolite conformari huic saeculo, sed renovamini in novitate sensus vestri, ut probetis", id est, experimento cognoscatis. *Ps*. XXXIII,9: "Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus, quae sit voluntas Dei", qua scilicet vult vos esse salvos. I *Thess*. IV,3: "Haec est voluntas Dei, sanctificatio vestra, bona", id est, vult bonum honestum nos velle, et ad hoc suis praeceptis nos inducit. *Mich*. VI,8: "Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Deus requirat a te, et beneplacens", inquantum scilicet bene disposito est delectabile id, quod Deus vult nos velle. *Ps*. XVIII, v. 9: "Iustitiae Domini rectae laetificantes corda."

Et non tantum utilis ad finem consequendum, sed etiam "perfecta", quasi coniungens nos fini. *Matth*. V,48: "Estote perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est." *Gen*. XVII,1: "Ambula coram me, et esto perfectus." Talem ergo experiuntur Dei voluntatem illi, qui non conformantur huic saeculo, sed reformantur in novitate sensus sui. Illi autem qui in vetustate permanent, saeculo conformati, iudicant Dei voluntatem non esse bonam, sed gravem et inutilem. *Eccli*. VI,21: "Quam aspera est sapientia indoctis hominibus."

968. – [2] Deinde, cum dicit "Dico enim per gratiam", etc., docet qualiter donis Dei homo debeat uti.

[2.1] Et primo docet hoc quantum ad dona quae non sunt omnibus communia, sicut sunt gratiae gratis datae;

[2.2] secundo, quantum ad donum charitatis, quod est omnibus commune, ibi "Dilectio sine simulatione", et cetera.

Circa primum duo facit.

[2.1.1] Primo docet in generali, quomodo debeat homo uti gratiis gratis datis;

[2.1.2] secundo exequitur hoc per partes ibi "Habentes autem donationes".

Ebenso besitzt auch der Mensch, der eine verdorbene, gleichsam den weltlichen Dingen gleichförmig gewordene Neigung hat, nicht das richtige Urteil vom Guten. Derjenige dagegen, der eine gesunde Neigung hat, insofern sein Sinn durch die Gnade erneuert ist, besitzt das richtige Urteil vom Guten. Deshalb sagt er: „Werdet dieser Welt nicht gleichförmig, sondern wandelt euch um durch die Erneuerung eures Geistes, damit ihr prüft", das heißt durch Erfahrung erkennt: „Kostet und seht, daß der Herr süß ist" (*Ps* 34,9), „was der Wille Gottes ist", er will nämlich, daß ihr heil und gesund seid: „Das ist der Wille Gottes, eure Heiligung" (1 *Thess* 4,3); „was gut sei", das heißt Gott will, daß wir das ehrenhafte Gut wollen, wozu er uns durch seine Vorschriften anleitet: „Ich will dir kundtun, o Mensch, was gut ist und was der Herr von dir fordert" (*Mi* 6,8); „was wohlgefällig sei", denn der gut disponierte Mensch hat sein Wohlgefallen an dem, was Gott will, daß wir wollen: „Die Vorschriften des Herrn sind gerade und erfreuen die Herzen" (*Ps* 19,9).

Und wir sollen nicht nur prüfen, was zur Erreichung des Zieles nützlich ist, sondern „was vollkommen ist", was uns gleichsam mit dem Ziel vereinigt: „Seid vollkommen, wie auch euer Vater im Himmel vollkommen ist" (*Mt* 5,48). „Wandle vor mir und sei vollkommen" (*Gen* 17,1). Diesen Willen Gottes erfahren nun jene, die nicht dieser Welt gleichförmig werden, sondern sich umwandeln durch die Erneuerung ihres Sinnes; während jene, die in dem alten Zustande verbleiben, der Welt also gleichförmig geworden, den Willen Gottes als nicht etwas Gutes, sondern als etwas Lästiges und Nutzloses erachten. „Wie überaus rauh erscheint die Weisheit dem zuchtlosen Menschen" (*Koh* 6,21).

968. – [2] Danach, wenn er sagt: „Denn ich sage aufgrund der Gnade" usw., lehrt er, wie der Mensch die Gaben Gottes gebrauchen soll.

[2.1] Erstens lehrt er dies im Hinblick auf jene Gaben, die nicht allen gemeinsam sind, wie die umsonst gegebenen Gnadengaben;

[2.2] zweitens im Hinblick auf die Gabe der Liebe, die allen gemeinsam ist, dort, wo es heißt: „Die Liebe sei ohne Heuchelei" usw.

Zum ersten tut er zweierlei:

[2.1.1] Erstens lehrt er im allgemeinen, wie sich der Mensch sich der umsonst gegebenen Gnadengaben bedienen muß;

[2.1.2] zweitens führt er dies im einzelnen aus, dort, wo es heißt: „Wir haben aber Gaben".

Circa primum duo facit.

[2.1.1.1] Primo proponit documentum;

[2.1.1.2] secundo rationem assignat, ibi "Sicut enim in uno corpore", et cetera.

969. – Circa primum tria facit.

[2.1.1.1.1] Primo excludit superfluum, dicens: monui quod reformemini in novitate sensus vestri, quod quidem moderate facere debetis, "Dico enim", id est, mando, "per gratiam", apostolatus et auctoritate apostolica, "quae data est mihi". *Gal*. II,9: "Cum cognovissent gratiam quae data est mihi inter gentes." *Eph*. III,8: "Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec", etc., "omnibus qui sunt inter vos", quia omnibus est hoc utile. I *Cor*. c. VII,7: "Volo omnes homines esse sicut meipsum." Hoc, inquam, mando, "non plus sapere, quam oportet sapere", id est, nullus praesumat, de sensu aut sapientia sua confidens supra suam mensuram. *Eccle*. VII,17: "Non plus sapias quam necesse est." *Ps*. CXXX,1: "Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me."

970. – [2.1.1.1.2] Secundo hortatur ad id quod est medium dicens "sed sapere ad sobrietatem", scilicet mando vobis ut mensurate sapiatis secundum gratiam vobis datam. Sobrietas enim mensuram importat. Et quamvis proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi circa quamlibet materiam, in qua homo debitam mensuram observat. *Tit*. II, v. 12: "Sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo."

971. – [2.1.1.1.3] Tertio docet secundum quid accipienda sit mensuram medii, dicens "et hoc", inquam, "sicut Deus unicuique divisit", id est distribuit, "mensuram fidei", id est mensuram donorum suorum, quae ordinatur ad fidei aedificationem. I *Cor*. XII,7: "Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem."

Dat enim Deus huiusmodi dona, non eadem omnibus, sed diversa diversis distribuit, secundum illud I *Cor*. XII,4: "Divisiones gratiarum sunt." Nec omnibus aequaliter dat sed unicuique secundum certam mensuram.

Zum ersten tut er zweierlei:

[2.1.1.1] Erstens legt er eine Lehre dar;

[2.1.1.2] zweitens gibt er den Grund an, dort, wo es heißt: „Denn so wie wir an einem Leibe [viele Glieder haben]" usw.

969. – Zum ersten tut er dreierlei.

[2.1.1.1.1] Erstens schließt er etwas Überflüssiges aus, indem er sagt: Ich habe euch ermahnt, euch durch die Erneuerung eures Geistes umzuwandeln, was ihr jedoch in bescheidener Weise tun müßt. „Denn ich sage", das heißt fordere auf, „aufgrund der Gnade" des Apostelamtes und der apostolischen Autorität, „die mir gegeben ist". „Da sie die Gnade erkannten, die mir unter den Heiden verliehen ist" (*Gal* 2,9). „Mir, dem Geringsten unter allen Heiligen, wurde diese Gnade verliehen" usw. (*Eph* 3,8), „allen, die unter euch sind", da es allen nützlich ist: „Ich wünschte, daß alle Menschen seien, wie ich selbst" (1 *Kor* 7,7). Dazu fordere ich auf, „nicht höher von sich zu denken, als sich geziemt", das heißt keiner vermesse sich, über sein Maß hinaus auf seinen Sinn oder seine Weisheit zu vertrauen: „Sei nicht weiser, als nötig ist" (*Koh* 7,17). „Ich gehe nicht mit Dingen um, die zu groß und die zu wunderbar für mich sind" (*Ps* 131,1).

970. – [2.1.1.1.2] Zweitens ermahnt er zu dem, was das geeignete Mittel ist, indem er sagt: „Sondern nüchtern von sich zu denken", nämlich ich fordere euch auf, daß ihr maßvoll denkt, entsprechend der euch verliehenen Gnade. Denn die Nüchternheit beinhaltet ein Maß. Und obwohl sie eigentlich nur vom Weintrinken gilt, so kann sie doch von jeder beliebigen Sache ausgesagt werden, in welcher der Mensch das geziemende Maß beobachtet: „Laßt uns nüchtern, gerecht und fromm in dieser Welt leben" (*Tit* 2,12).

971. – [2.1.1.1.3] Drittens lehrt er, wonach man das rechte Maß beurteilen soll, indem er sagt: „nach dem Maß des Glaubens", „wie Gott einem jeden zugeteilt hat", das heißt nach dem Maß seiner Gaben, die auf die Erweckung und Stärkung des Glaubens hingeordnet sind: „Einem jeden wird die Offenbarung des Geistes zum Nutzen gegeben" (1 *Kor* 12,7).

Es verleiht nämlich Gott diese Gaben nicht allen unterschiedslos, sondern den einen diese, den anderen jene Gaben, nach 1 *Kor* 12,4: „Es gibt verschiedene Gnadengaben." Auch gibt er [sie] nicht allen in gleicher Stärke, sondern einem jeden nach bestimmtem Maße:

Eph. IV,7: "Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi." Et ideo Apostolus sobrie sapiens secundum hanc mensuram dicebat II *Cor.* X,13: "Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis Deus." Soli autem Christo datus est Spiritus non ad mensuram, ut dicitur *Io.* III,34. Non solum autem alias gratias gratis datas dat Deus mensurate sed etiam ipsam fidem quae per dilectionem operatur. Unde *Lc.* XVII, v. 5 discipuli Christo dixerunt: "Domine, adauge nobis fidem."

Lectio XII 2

4 Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:
5 Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.
6 Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei.
7 Sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina,
8 Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.
9 Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono:
10 Caritate fraternitatis invicem diligentes: Honore invicem prævenientes:
11 Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: Domino servientes:
12 Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes:
13 Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes.

972. – [2.1.1.2] Praemissa admonitione, hic Apostolus rationem assignat sumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale.

„Einem jeden einzelnen von uns ist die Gnade nach dem Maße verliehen, wie Christus sie gegeben" (*Eph* 4,7). Und deshalb sagte der Apostel nüchtern von sich denkend, also diesem Maße entsprechend in 2 *Kor* 10,13: „Wir werden uns nicht ins Unbemessene rühmen, sondern nach dem Maße der Richtschnur, welche uns Gott zugeteilt hat." Nur Christus allein ist der Geist nicht nach einem Maße gegeben, wie es in *Joh* 3,34 heißt. Den Menschen verleiht aber Gott nicht nur die besonderen umsonst gegebenen Gnaden nach bestimmtem Maße, sondern auch den Glauben selbst, der sich durch die Liebe betätigt. Deshalb sagten die Jünger zu Christus in *Lk* 17,5: „Herr, vermehre uns den Glauben."

Lesung XII 2

4 Denn so wie wir an einem Leibe viele Glieder haben, alle Glieder aber nicht dieselbe Verrichtung haben,
5 so sind zwar die vielen ein Leib in Christus; die einzelnen aber einer des anderen Glieder.
6 Wir haben aber Gaben, die nach der uns verliehenen Gnade verschieden sind. Ist es die Gabe der Weissagung, so werde sie gebraucht nach der Richtschnur des Glaubens,
7 hat jemand ein Dienstamt, der bleibe bei seinem Dienst; wer lehrt, bleibe bei der Lehre;
8 wer ermahnt, beim Ermahnen; wer spendet, spende in Einfalt , wer Vorsteher ist, sei es mit Eifer; wer Barmherzigkeit übt, tue es mit Freudigkeit.
9 Die Liebe sei ungeheuchelt: das Böse verabscheuend und an dem Guten festhaltend.
10 Seid einander mit brüderlicher Liebe zugetan, kommt einander mit Ehrerbietung zuvor.
11 Seid nicht träge im Eifer; seid glühend im Geist; dient dem Herrn.
12 Seid fröhlich in der Hoffnung; seid geduldig in der Trübsal, beharrlich im Gebete.
13 An den Bedürfnissen der Heiligen nehmt Anteil, übt Gastfreundschaft.

972. – [2.1.1.2] Nachdem er die Ermahnung vorausgeschickt hat, gibt der Apostel hier den Grund an, den er der Ähnlichkeit des mystischen Leibes mit dem natürlichen Leib entnimmt.

[2.1.1.2.1] Et primo in corpore naturali tangit tria.

[2.1.1.2.1.1] Primo quidem corporis unitatem, cum dicit "Sicut enim in uno corpore";

[2.1.1.2.1.2] secundo, membrorum pluralitatem, cum dicit "multa membra habemus": est enim corpus humanum organicum ex diversitate membrorum constitutum;

[2.1.1.2.1.3] tertio officiorum diversitatem, cum dicit "omnia autem membra non eumdem actum habent". Frustra enim esset membrorum diversitas, nisi ad diversos actus ordinarentur.

973. – [2.1.1.2.2] Deinde aptat haec tria ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia. *Eph*. I, v. 22: "Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quae est corpus eius." Circa quod etiam tria tangit.

[2.1.1.2.2.1] primo quidem fidelium quasi membrorum multitudinem, cum dicit "ita multi". *Lc*. XIV, v. 16: "Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos." *Is*. LIV,1: "Multi filii desertae." Quamvis enim sint pauci per comparationem ad infructuosam multitudinem damnatorum, secundum illud *Matth*. VII,14: "Arcta est via quae ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam", tamen absolute loquendo sunt multi. *Apoc*. VII,9: "Post haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat."

974. – [2.1.1.2.2.2] Secundo tangit corporis mystici unitatem, cum dicit "unum corpus sumus". *Eph*. II,16: "Ut reconciliet ambos in uno corpore", et cetera. Huius autem corporis mystici est unitas spiritualis, per quam fide et affectu charitatis invicem unimur Deo, secundum illud *Eph*. IV,4: "Unum corpus, et unus Spiritus." Et quia Spiritus unitatis a Christo in nos derivatur, supra VIII,9: "Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius" ideo subdit "in Christo", qui per Spiritum suum, quem dat nobis, nos invicem unit et Deo. *Io*. XVII,2 s.: "Ut sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus."

975. – [2.1.1.2.2.3] Tertio tangit officiorum diversitatem ad utilitatem communem reductam, dicens "singuli autem alter alterius membra".

[2.1.1.2.1] Erstens erwähnt er im Hinblick auf den natürlichen Leib dreierlei:

[2.1.1.2.1.1] nämlich erstens die Einheit des Leibes, wenn er sagt: „Denn so wie wir an einem Leib";

[2.1.1.2.1.2] zweitens die Vielzahl der Glieder, wenn er sagt: „viele Glieder haben", da der menschliche Organismus aus verschiedenen Teilen besteht;

[2.1.1.2.1.3] drittens die Verschiedenheit der Verrichtungen, wenn er sagt: „alle Glieder aber nicht dieselbe Verrichtung haben". Die Verschiedenheit der Glieder wäre nämlich vergeblich, wenn sie nicht auf verschiedene Tätigkeiten hingeordnet wären.

973. – [2.1.1.2.2] Danach wendet er diese drei [Eigenschaften] auf den mystischen Leib Christi an, der die Kirche ist: „Gott hat ihn als Haupt über die gesamte Kirche gegeben, die sein Leib ist" (*Eph* 1,22). Dazu erwähnt er ebenfalls die drei wesentlichen Eigenschaften:

[2.1.1.2.2.1] Erstens die Vielheit der Gläubigen als Vielheit der Glieder, wenn er sagt: „so sind wir, die vielen": „Ein Mensch bereitete ein großes Abendmahl und lud viele dazu ein" (*Lk* 14,16). „Die Verlassene hat viele Söhne" (*Jes* 54,1). Denn obwohl es wenige sind im Vergleich zur unfruchtbaren Vielheit der Verdammten, nach *Mt* 7,14: „Schmal ist der Weg, der zum Leben führt, und wenige sind, die ihn finden", so sind es, absolut gesprochen, trotzdem viele: „Nach diesem sah ich eine große Schar, die niemand zählen konnte" (*Offb* 7,9).

974. – [2.1.1.2.2.2] Zweitens erwähnt er die Einheit des mystischen Leibes, wenn er sagt: „ein Leib sind": „Indem er beide zu einem Leibe vereinigt, mit Gott durch das Kreuz versöhnte" usw. (*Eph* 2,16). Die Einheit dieses mystischen Leibes ist nun aber eine geistige, durch die wir im Glauben und im Gefühl der Liebe miteinander und mit Gott vereinigt werden, nach *Eph* 4,4: „Ein Leib und ein Geist". Und weil der Geist der Einheit von Christus her auf uns übergeht: „Wenn jemand den Geist Christi nicht hat, der ist nicht sein" (*Röm* 8,9). Deshalb fügt er hinzu: „in Chnstus", der durch seinen Geist, den er uns verleiht, uns untereinander und mit Gott vereint: „Damit sie eins seien, wie auch wir eins sind" (*Joh* 17,2f).

975. – [2.1.1.2.2.3] Drittens erwähnt er die Verschiedenheit der Verrichtungen, die auf den allgemeinen Nutzen abzielen, indem er sagt: „die einzelnen aber einer des anderen Glieder".

Membrum enim quodlibet proprium actum habet et virtutem; inquantum ergo unum membrum sua virtute et actu alteri prodest, dicitur membrum alterius, sicut pes dicitur membrum oculi, inquantum oculum defert, et oculus dicitur membrum pedis, inquantum dirigit pedem. I *Cor*. XII,2: "Non potest dicere oculus manui: opera tua non indigeo." Ita etiam in corpore mystico ille qui accepit gratiam prophetiae, indiget illo qui accepit gratiam sanitatum, et ita est in omnibus aliis. Unde dum unusquisque fidelis secundum gratiam sibi datam alteri servit, efficitur alterius membrum. *Gal*. ult. [VI,2]: "Alter alterius onera portate." I *Petr*. IV,10: "Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes."

976. – [2.1.2] Deinde, cum dicit "Habentes autem donationes", exequitur per partes monitionem, quam supra posuerat de sobrio et moderato gratiae usu.

[2.1.2.1] Et primo ponit gratiarum diversitatem, dicens: "sumus", inquam, "alter alterius membra", non secundum eamdem gratiam, sed "habentes" diversas "donationes differentes", non ex diversitate meritorum, sed "secundum gratiam" quae data est nobis. I *Cor*. VII,7: "Unusquisque proprium donum habet ex Deo, unus quidem sic, alius vero sic." *Matth*. XXV,14 s.: "Vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua, et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum."

977. – [2.1.2.2] Secundo docet diversarum gratiarum usum, et,

[2.1.2.2.1] primo, in rebus divinis, quantum ad cognitionem quidem, dicens: "sive prophetia", quam habentes, utamur ea secundum rationem fidei.

978. – Dicitur autem prophetia quaedam apparitio ex revelatione divina eorum quae sunt procul. Unde I *Reg*. IX,9 dicitur: "Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns." Sunt autem procul a cognitione nostra, secundum se quidem futura contingentia, quae propter defectum sui esse cognoscibilia non sunt; sed res divinae sunt procul a nostra cognitione, non secundum se, cum sint maxime cognoscibiles,

Unter den Gliedern hat nämlich ein jedes seine ihm eigentümliche Tätigkeit und Kraft. Insofern nun das eine Glied durch seine Kraft und Tätigkeit dem anderen nützt, nennt man es ein Glied des anderen. So nennt man den Fuß ein Glied des Auges, insofern er dem Auge dient, und das Auge ein Glied des Fußes, insofern es dem Fuß die Richtung gibt. „Es kann das Auge nicht zur Hand sagen: Ich bedarf deiner Dienste nicht" (1 *Kor* 12,2). Ebenso bedarf auch im mystischen Leibe jener, der die Gnade der Prophetie empfangen hat, desjenigen, der die Gnade der Heilungen empfangen hat; und so verhält es sich bei allen anderen. Indem also ein jeder Gläubige gemäß der ihm verliehenen Gnade dem anderen dient, wird er ein Glied des anderen: „Einer trage des anderen Last" (*Gal* 6,2). „Dient einander, jeder mit der Gabe, die er empfangen hat" (1 *Petr* 4,10).

976. – [2.1.2] Danach, wenn er sagt: „Wir haben aber Gaben", führt er seine Ermahnung zum nüchternen und bescheidenen Gebrauch der Gnade im einzelnen aus.

[2.1.2.1] Und erstens erwähnt er die Verschiedenheit der Gnaden, indem er sagt: „Wir sind einer des anderen Glieder", nicht aufgrund ein und derselben Gnade, sondern „wir haben" verschiedene „Gaben, die verschieden sind", nicht durch die verschiedenen Verdienste, sondern „nach der Gnade", die uns verliehen wurde: „Ein jeder hat seine eigene Gabe von Gott, der eine so, der andere aber so" (1 *Kor* 7,7). „Ein Mann rief seine Knechte und übergab ihnen seine Güter. Dem einen gab er fünf Talente, dem anderen aber zwei, dem dritten aber eines" (*Mt* 25,14ff).

977. – [2.1.2.2] Zweitens lehrt er den Gebrauch der verschiedenen Gnadengaben:

[2.1.2.2.1] erstens in den göttlichen Dingen, was die Erkenntnis anbetrifft, indem er sagt: „Ist es die Gabe der Prophetie", so werde sie, wenn wir sie besitzen, gebraucht nach der Richtschnur des Glaubens.

978. – Prophetie aber heißt eine Erscheinung aufgrund göttlicher Offenbarung von dem, was fern ist. Daher heißt es in 1 *Kön* 9,9: „Die, welche heutzutage Propheten heißen, wurden einst Seher genannt." Fern aber ist unserer Erkenntnis an sich das zukünftig Bedingte, das wegen des Mangels seines Seins nicht erkennbar ist, während die göttlichen Dinge an sich zwar nicht unserer Erkenntnis fern liegen, da sie am meisten erkennbar sind;

quia, ut dicitur I *Io*. I,5: "Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae", sed propter defectum intellectus nostri, qui se habet ad ea, quae sunt in seipsis manifestissima, sicut oculus noctuae ad lucem solis. Et quia unumquodque magis proprie dicitur tale, quod est secundum se tale, quam quod est est tale secundum aliud; inde est quod magis proprie dicuntur esse procul a cognitione nostra futura contingentia. Et propter hoc horum proprie est prophetia. *Amos* c. III,7: "Non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum." Dicitur tamen prophetia communiter etiam revelatio quorumcumque occultorum.

979. – Hoc autem donum prophetiae, non solum fuit in veteri testamento, sed etiam in novo *Ioel* II,28: "Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri." Dicuntur etiam prophetae in novo testamento, qui prophetica dicta exponunt, quia sacra Scriptura eodem spiritu interpretatur quo est condita. *Eccli*. XXIV,46: "Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam."

[2.1.2.2.1.1] Ordinatur autem prophetiae donum, sicut et aliae gratiae gratis datae, ad fidei aedificationem. I *Cor*. XII,7: "Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem." *Hebr*. II,3 s.: "Confirmata est", scilicet doctrina fidei, "contestante Deo signis et prodigiis, et variis virtutibus, et Spiritus Sancti distributionibus." Et ideo prophetia est utendum "secundum rationem fidei", id est non in vanum sed ut per hoc fides confirmetur, non autem contra fidem. Unde dicitur *Deut*. XIII, v. 1: "Si surrexerit in medio tui propheta, et dixerit tibi: eamus, et sequamur deos alienos; non audies verba prophetiae illius", quia scilicet prophetizat contra rationem fidei.

980. – [2.1.2.2.1.2] Quantum ad sacramenta ministranda subdit "sive ministerium in ministrando", id est, si quis accepit gratiam vel officium ministerii, puta ut sit episcopus vel sacerdos, qui dicuntur ministri Dei. *Is*. c. LXI,6: "Vos sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri: dicetur vobis", exequatur illud diligenter exequendo "in ministrando", II *Tim*. IV,5: "Ministerium tuum imple."

denn, wie es in 1 *Joh* 1,5 heißt: „Gott ist Licht, und keine Finsternis ist in ihm"; aber doch wegen des Mangels unseres Verstandes, der sich zu dem, was in sich am offenbarsten ist, verhält wie das Auge des Nachtvogels zum Lichte der Sonne. Ein jedes Ding nun, welches an sich ein solches ist, wird im eigentlicheren Sinne ein solches genannt als dasjenige, das ein solches nur aufgrund eines anderen ist. Also wird das zukünftig Bedingte im eigentlicheren Sinne unserer Erkenntnis fernliegend genannt. Und deshalb erstreckt sich die eigentliche Prophetie nur auf dieses zukünftig Bedingte: „Gott, der Herr, tut sein Wort nur, wenn er sein Geheimnis seinen Dienern offenbart" (*Am* 3,7). Dennoch nennt man gemeinhin auch die Offenbarung irgendwelcher Geheimnisse Prophetie.

979. – Die Gabe der Prophetie aber gab es nicht nur im Alten Testament, sondern auch im Neuen: „Ich werde meinen Geist über alles Fleisch ausgießen, und eure Söhne werden prophezeien" (*Joel* 2,28). Es werden im Neuen Testament auch diejenigen Propheten genannt, die prophetische Aussprüche auslegen. Denn die Heilige Schrift wird durch denselben Geist erklärt, durch den sie verfaßt ist: „Forthin will ich Belehrung wie Prophetie ausgießen" (*Sir* 24,46).

[2.1.2.2.1.1] Nun ist aber die Gabe der Prophetie ebenso wie die anderen umsonst gegebenen Gnaden auf die Auferbauung des Glaubens hingeordnet: „Einem jeden wird die Offenbarung des Geistes zum Nutzen gegeben" (1 *Kor* 12,7). „Gefestigt ist", nämlich die Glaubenslehre, „indem Gott zugleich Zeugnis ablegte, durch Zeichen und Wunder und mannigfache Kraftерweisungen und Mitteilungen des Heiligen Geistes" (*Hebr* 2,3ff). Und daher ist die Prophetie „nach der Richtschnur des Glaubens" zu gebrauchen, also nicht zur Eitelkeit, sondern zur Stärkung des Glaubens, und nicht gegen den Glauben. Daher heißt es in *Dtn* 13,1: „Wenn in deiner Mitte ein Prophet auftritt, und er spricht zu dir: Laßt uns hingehen und fremden Göttern folgen, so höre nicht auf die Worte dieses Propheten", weil er nämlich gegen die Richtschnur des Glaubens weissagt.

980. – [2.1.2.2.1.2] Im Hinblick auf den Dienst an den Sakramenten fügt er hinzu: „Hat jemand ein Dienstamt, der bleibe bei seinem Dienst", das heißt wenn jemand die Gnade oder die Aufgabe eines Amtes empfängt, etwa, daß er Bischof oder Priester sei, die Diener Gottes genannt werden – „Ihr werdet Priester des Herrn heißen, und man wird euch Diener unseres Gottes nennen" (*Jes* 61,6) – so soll er es ausführen, indem er mit Sorgfalt „im Dienst" bleibe: „Vollbringe deinen Dienst" (2 *Tim* 4,5).

981. – [2.1.2.2.2] Secundo tangit ea quae pertinent ad res humanas, in quibus potest aliquis alteri subvenire.

[2.1.2.2.2.1] Primo quidem quantum ad cognitionem vel speculativam vel practicam.

[2.1.2.2.2.1.1] Quantum ergo ad speculativam primo dicit "sive qui docet", id est qui habet officium vel gratiam docendi, utatur "doctrina", id est ut studiose et fideliter doceat. *Iob* IV,3: "Ecce docuisti plurimos." *Matth*. ult. [XXVIII,19]: "Euntes docete omnes gentes."

[2.1.2.2.2.1.2] Quantum autem ad cognitionem practicam subdit "Qui exhortatur", id est qui habet officium vel gratiam exhortandi homines ad bonum, utatur illo "in exhortando". *Thess*. II, v. 3: "Exhortatio nostra non fuit de errore, neque de immunditia, neque in dolo." *Tit*. II, v. 15: "Haec loquere et exhortare."

982. – [2.1.2.2.3] Deinde ponit ea quae pertinent ad exteriora opera, in quibus quandoque aliquis subvenit alicui aliquod donum dando, et quantum ad hoc dicit "Qui tribuit", id est qui habet facultatem tribuendi et gratiam, exequatur hoc "in simplicitate", ut scilicet nihil mali ex illo intendat, quasi donis homines ad malum alliciens.

Vel etiam cum aliquis ex modico dato intendit multo maiora acquirere. *Eccli*. XX,14 s.: "Datus insipientis non erit tibi utilis, oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, et multa improperabit." Et *Prov*. c. XI,28: "Simplicitas iustorum dirigit eos."

Quandoque autem aliquis subvenit alteri, eius curam habendo, et quantum ad hoc dicit "Qui praeest", id est qui est in praelationis officio constitutus, utatur illo officio "in sollicitudine". *Hebr*. ult. [XIII,17]: "Obedite praepositis vestris, et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris." II *Cor*. XI,28: "Sollicitudo omnium Ecclesiarum."

Quandoque autem subvenit aliquis alicui relevando eius miseriam, et quantum ad hoc dicit "Qui miseretur", id est qui habet facultatem et affectum miserendi, exequatur hoc "in hilaritate", quasi libenter hoc faciens. II *Cor*. IX,7: "Non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus." *Eccli*. XXXV,11: "In omni dato hilarem fac vultum tuum."

981. – [2.1.2.2.2] Zweitens spricht er dasjenige an, was [im Hinblick auf den Gebrauch der verschiedenen Gnadengaben] die menschlichen Dinge betrifft, in denen der eine dem anderen helfen kann.

[2.1.2.2.2.1] Und zwar erstens hinsichtlich der theoretischen und praktischen Erkenntnis.

[2.1.2.2.2.1.1] Im Hinblick auf die theoretische Erkenntnis sagt er erstens: „Wer lehrt", das heißt wer das Amt oder die Gnade zu lehren hat, bleibe „bei der Lehre", das heißt er lehre mit Fleiß und Treue: „Siehe, viele hast du unterwiesen" (*Ijob* 4,3). „Geht hin und lehrt alle Völker" (*Mt* 28,19).

[2.1.2.2.2.1.2] Im Hinblick auf die praktische Erkenntnis aber fügt er hinzu: „Wer ermahnt", das heißt wer das Amt oder die Gnade hat, die Menschen zum Guten zu ermahnen, der bleibe „beim Ermahnen": „Unsere Ermahnung geht nicht aus Irrtum, noch aus Unlauterkeit hervor, noch ist sie mit List verbunden" (1 *Thess* 2,3). „So rede und ermahne" (*Tit* 2,15).

982. – [2.1.2.2.3] Danach nennt er dasjenige, was die äußeren Werke betrifft, in denen bisweilen der eine dem anderen durch Verleihung einer Gabe hilft, und im Hinblick hierauf sagt er: „Wer spendet", das heißt die Vollmacht und die Gnade zu spenden besitzt, der spende „in Einfalt", so daß er nichts Schlechtes hierbei beabsichtigt, indem er gleichsam bei Verleihung der Gaben die Menschen zum Schlechten anlockt.

Oder auch, wenn jemand durch seine kleine Gabe eine viel größere zu erlangen beabsichtigt: „Die Gabe des Toren wird dir keinen Nutzen bringen, denn seine Augen schauen nach siebenfacher Vergeltung aus. Wenig gibt er und viel tadelt er" (*Sir* 20,14f). „Die Einfalt der Gerechten leitet sie" (*Spr* 11,28).

Bisweilen hilft nun jemand dem anderen, wenn er für ihn zu sorgen hat, und im Hinblick darauf sagt er: „Wer Vorsteher ist", das heißt wer zum Amt eines Vorstehers eingesetzt ist, der sei es „mit Eifer": „Gehorcht eurenVorstehern und seid ihnen untertan; denn sie wachen als solche, die für eure Seelen Rechenschaft geben sollen" (*Hebr* 13,17). „Der Eifer für alle Gemeinden" (2 *Kor* 11,28).

Bisweilen aber hilft jemand dem anderen, wenn er dessen Elend lindert, und im Hinblick hierauf sagt er: „Wer Barmherzigkeit tut", das heißt in der Lage ist und den Willen hat, barmherzig zu sein, der tue es „mit Heiterkeit", indem er es gern tue: „Nicht mit Traurigkeit oder aus Zwang; denn einen freudigen Geber liebt Gott" (2 *Kor* 9,7). „Bei jeder Gabe zeige ein heiteres Angesicht" (*Sir* 35,11).

983. – [2.2] Deinde cum dicit "Dilectio sine simulatione", etc., docet usum doni gratuiti, quod est omnibus commune, scilicet charitatis.

[2.2.1] Et primo ponit ea quae pertinent ad charitatem in generali;

[2.2.2] secundo ponit quaedam specialiter pertinentia ad dilectionem quorumdam, ibi "Necessitatibus sanctorum", et cetera.

Circa primum tria facit.

[2.2.1.1] primo ostendit qualis debeat esse dilectio charitatis ex parte diligentis;

[2.2.1.2] secundo, qualiter se debeat habere ad proximum, ibi "Charitatem fraternitatis", etc.;

[2.2.1.3] tertio, qualiter se debeat habere ad Deum, ibi "Sollicitudine non pigri".

984. – Circa qualitatem autem charitatis tria docet.

[2.2.1.1.1] Primo quidem, quod dilectio debet esse vera. Unde dicit "Dilectio sine simulatione", ut scilicet non tantum in verbo, aut in exteriori apparentia, sed sit in vero cordis affectu, et efficacia operis. I *Io*. III,18: "Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate." *Eccli*. VI,15: "Amico fideli nulla est comparatio."

[2.2.1.1.2] Secundo docet quod dilectio debet esse pura, cum dicit "odientes malum". Tunc etiam est pura dilectio, quando homo non consentit amico suo in malum, sed ita diligit hominem, ut eius vitium odiat. Unde dicitur I *Cor*. XIII,6: "Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati." *Ps*. CXVIII,113: "Iniquos odio habui."

[2.2.1.1.3] tertio docet quod dilectio debet esse honesta, cum dicit "adhaerentes bono", ut scilicet aliquis adhaereat alteri propter bonum virtutis. *Gal*. IV,18: "Bonum autem aemulamini in bono semper." Haec est pulchra dilectio, de qua dicitur *Eccli*. XXIV,24: "Ego mater pulchrae dilectionis."

985. – [2.2.1.2] Deinde, cum dicit "Charitatem fraternitatis", ostendit qualiter charitas se debeat habere ad proximum. Et

[2.2.1.2.1] primo quantum ad interiorem affectum, cum dicit "Charitatem fraternitatis invicem diligentes"; ut scilicet non solum fratres diligamus per charitatem

983. – [2.2] Danach, wenn er sagt: „Die Liebe sei ohne Heuchelei" usw., lehrt er den Gebrauch jener Gnadengabe, die allen gemeinsam ist, nämlich die der Liebe.

[2.2.1] Und erstens nennt er dasjenige, was im allgemeinen zur Liebe gehört;

[2.2.2] Zweitens nennt er einiges, was in besonderer Weise zur Liebe bestimmter Personen gehört, dort, wo es heißt: „An den Bedürfnissen der Heiligen [nehmt Anteil]" usw.

Zum ersten tut er dreierlei.

[2.2.1.1] Erstens zeigt er, wie die Zuwendung der Liebe von Seiten des Liebenden beschaffen sein muß;

[2.2.1.2] zweitens, wie sie sich zum Nächsten verhalten muß, dort, wo es heißt: „Mit brüderlicher Liebe" usw.;

[2.2.1.3] drittens, wie sie sich im Hinblick auf Gott verhalten muß, dort, wo es heißt: „Seid nicht träge im Eifer."

984. – Zur Beschaffenheit der Liebe aber lehrt er dreierlei:

[2.2.1.1.1] Erstens, daß die Liebe wahr sein muß. Daher heißt es: „Die Liebe sei ohne Heuchelei", so daß sie nicht nur in Worten oder im äußeren Schein besteht, sondern in der wahren Gesinnung des Herzens und in wirksamer Tat: „Laßt uns nicht nur mit Wort und Zunge lieben, sondern in Tat und Wahrheit" (1 *Joh* 3,18). „Mit einem treuen Freunde ist nichts zu vergleichen" (*Sir* 6,15).

[2.2.1.1.2] Zweitens lehrt er, daß die Liebe rein sein muß, wenn er sagt: „Das Böse verabscheuend". Dann nämlich ist die Liebe rein, wenn der Mensch seinem Freund nicht zum Bösen beistimmt, sondern einen Menschen so liebt, daß er sein Laster haßt. Daher heißt es in 1 *Kor* 13,6: „Sie freut sich nicht der Ungerechtigkeit, sie freut sich aber mit der Wahrheit." „Die Ungerechten hasse ich" (*Ps* 119,113).

[2.2.1.1.3] Drittens lehrt er, daß die Liebe ehrbar sein muß, wenn er sagt: „am Guten festhaltend", so daß jemand einem anderen um des Gutes der Tugend willen anhängt: „Es ist aber gut, wenn ihr um des Guten willen eifert" (*Gal* 4,18). Dies ist die schöne Liebe, von der es in *Sir* 24,24 heißt: „Ich bin die Mutter der schönen Liebe."

985. – [2.2.1.2] Danach, wenn er sagt: „Mit brüderlicher Liebe [liebt einander]", zeigt er, wie die Liebe sich zum Nächsten verhalten muß:

[2.2.1.2.1] Erstens im Hinblick auf die innere Gesinnung, wenn er sagt: „Mit brüderlicher Liebe liebt einander", so daß wir also nicht nur den Brüdern in Liebe zugetan sind,

sed etiam diligamus ipsam charitatem, qua eos diligimus et ab eis diligimur. Sic enim si charam habemus charitatem, non de facili eam dissolvi faciemus. *Hebr*. ult. [XIII,1]: "Charitas fraternitatis maneat in vobis." *Cant*. ult. [VIII,7]: "Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, tamquam nihil despiciet illam."

986. – [2.2.1.2.2] Secundo, quantum ad exteriorem effectum, cum dicit "honore invicem praevenientes". In quo tria designantur.

[2.2.1.2.2.1] Primo quidem quod homo proximum in reverentia debet habere, quod pertinet ad rationem honoris. Nullus enim potest vere diligere eum quem despicit. *Phil*. II,3: "In humilitate, superiores invicem arbitrantes." Quod quidem fit dum aliquis suum defectum considerat et bonum proximi. In honore autem non solum reverentia intelligitur, sed etiam necessariorum subventio, sicut, cum dicitur *Ex*. XX,12: "Honora patrem tuum, et matrem tuam", praecipitur necessariorum subventio, sicut patet per hoc quod Dominus, *Matth*. XV, v. 3 ss., arguit Pharisaeos contra hoc praeceptum impedientes filios a subventione parentum.

[2.2.1.2.2.2] Secundo designatur quod effectus dilectionis debet mutuo exhiberi, ut scilicet homo non solum velit beneficia recipere, sed etiam exhibere. *Eccli*. IV,36: "Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta." Et XIV, 15 s.: "In divisione sortis da et accipe." Et hoc designat, cum dicit "invicem".

[2.2.1.2.2.3] Tertio designatur quod effectus dilectionis debet esse promptus et velox, quod designatur, cum dicit "praevenientes", ut scilicet aliquis praeveniat amicum in beneficiis. *Eccli*. c. XXXVII,1: "Omnis amicus dicet: et ego amicitiam copulavi."

987. – [2.2.1.3] Deinde, cum dicit "sollicitudine", etc., ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad Deum. Et

[2.2.1.3.1] primo incipit ab ipsa rationis attentione, cum dicit sollicitudi*ne* sitis *non pigri*, scilicet ad serviendum Deo. *Mich*. VI,8: "Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Deus requirat a te";

sondern auch der Liebe selbst, mit der wir sie lieben und von ihnen geliebt werden. Denn wenn uns auch die Liebe teuer ist, so werden wir nicht leicht zulassen, daß sie aufhört. „Die Bruderliebe bleibe unter euch" (*Hebr* 13,1). „Wollte auch ein Mensch alle Habe seines Hauses für die Liebe hingeben, für nichts würde man jene achten" (*Hld* 8,7).

986. – [2.2.1.2.2] Zweitens [zeigt er, wie die Liebe sich zum Nächsten verhalten muß] im Hinblick auf die äußere Wirkung, wenn er sagt: „Kommt einander mit Ehrerbietung zuvor" – womit dreierlei bezeichnet wird:

[2.2.1.2.2.1] Erstens, daß der Mensch sich dem Nächsten gegenüber ehrerbietig verhalten muß, was zum Begriff der Ehre gehört. Denn niemand kann wahrhaft lieben, wen er verachtet: „In Demut achte einer den anderen für höher als sich selbst" (*Phil* 2,3). Dies geschieht am besten, wenn man seinen eigenen Fehler betrachtet und das Gute am Nächsten. Unter der Ehre wird aber nicht nur die Ehrerbietung verstanden, sondern auch die Unterstützung der Verwandten; denn wenn es in *Ex* 20,12 heißt: „Ehre deinen Vater und deine Mutter", so wird die Unterstützung der Verwandten vorgeschrieben, was aus dem hervorgeht, daß der Herr in *Mt* 15,3ff die Pharisäer zurückweist, die gegen dieses Gebot die Söhne von der Unterstützung der Eltern zurückhielten.

[2.2.1.2.2.2] Zweitens wird damit bezeichnet, daß die Wirkung der Liebe gegenseitig ausgeübt werden muß, so daß der Mensch nicht nur Wohltaten zu empfangen wünscht, sondern auch sie zu erweisen: „Deine Hand sei nicht ausgestreckt zum Nehmen und geschlossen zum Geben" (*Sir* 4,36). „Bei der Verteilung durch das Los gib und nimm" (*Sir* 14,15f). Und dies bezeichnet er, wenn er sagt: „einander".

[2.2.1.2.2.3] Drittens wird bezeichnet, daß die Wirkung der Liebe unverzüglich und schnell sein muß, wenn er sagt: „Kommt zuvor", so daß man nämlich dem Freund in der Wohltätigkeit zuvorkommt: „Jeder Freund spricht: Auch ich habe Freundschaft geschlossen" (*Sir* 37,1).

987. – [2.2.1.3] Danach, wenn er sagt: „Seid nicht träge im Eifer" usw., zeigt er, wie sich die Zuwendung der Liebe zu Gott verhalten soll.

[2.2.1.3.1] Und erstens beginnt er mit der Aufmerksamkeit der Vernunft, wenn er sagt: „Seid nicht träge im Eifer", nämlich Gott zu dienen: „Ich will dir zeigen, o Mensch, was gut ist und was der Herr von dir fordert" (*Mi* 6,8).

postea subdit: "sollicite ambulare cum Deo tuo". II *Tim*. II,15: "Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo."

988. – [2.2.1.3.2] Secundo, quantum ad effectum, cum dicit "spiritu" sitis "ferventes", scilicet in Dei dilectione. Procedit autem fervor ex abundantia caloris, unde fervor spiritus dicitur, quia propter abundantiam divinae dilectionis totus homo fervet in Deum, *Act*. XVIII,25 dicitur quod Apollo fervens spiritu loquebatur. I *Thes*. ult. [V,19]: "Spiritum nolite extinguere."

989. – [2.2.1.3.3] Tertio, quantum ad exterius obsequium, cum dicit "Domino servientes", scilicet servitute latriae, quae soli Deo debetur. *Deut*. VI,13: "Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies." *Ps*. II, 11: "Servite Domino in timore."

Vel, secundum aliam litteram: "tempori servientes", ut scilicet Dei servitium congruo tempore faciamus. *Eccle*. VIII,6: "Omni negotio tempus est, et opportunitas."

990. – [2.2.1.3.4] Quarto, quantum ad mercedem servitutis, cum dicit "spe gaudentes", scilicet mercedis, quae est Dei fruitio. *Gen*. XV,2: "Ego Dominus merces tua magna nimis." Supra V,2: "Gloriamur in spe gloriae filiorum Dei." Facit autem spes hominem gaudentem ratione certitudinis, sed tamen affligit ratione dilationis. *Prov*. XIII,12: "Spes quae differtur affligit animam."

991. – [2.2.1.3.5] Quinto, quantum ad difficultatem quam homo patitur in Dei servitio. Unde subdit "in tribulatione", scilicet quam propter Deum sustinetis, sitis *patientes*. Supra V, v. 3: "Tribulatio patientiam operatur."

992. – [2.2.1.3.6] Sexto quantum ad omnia praedicta dicit "orationi instantes", in quo orationis assiduitas designatur.

Anschließend fügt er hinzu: „mit Sorgfalt vor deinem Gott zu wandeln". „Sei eifrig bemüht, dich selbst Gott bewährt zu erweisen" (2 *Tim* 2,15).

988. – [2.2.1.3.2] Zweitens [zeigt er, wie sich die Zuwendung der Liebe zu Gott verhalten soll] im Hinblick auf die Wirkung, wenn er sagt: „Seid glühend im Geiste", nämlich in der Liebe zu Gott. Nun geht aber die Glut aus dem Überfluß der Wärme hervor. Deshalb wird der Geist glühend genannt, wenn der ganze Mensch im Übermaß der göttlichen Liebe für Gott glüht: So heißt es in *Apg* 18,25, daß Apollo glühenden Geistes redete. „Löscht den Geist nicht aus" (1 *Thess* 5,19).

989. – [2.2.1.3.3] Drittens [zeigt er, wie sich die Zuwendung der Liebe zu Gott verhalten soll] im Hinblick auf den äußeren Dienst, wenn er sagt: „Dienet dem Herrn", nämlich im Dienst der Anbetung, die Gott allein gebührt: „Den Herrn, deinen Gott, sollst du anbeten, und ihm allein dienen" (*Dtn* 6,13). „Dient dem Herrn in Furcht" (*Ps* 2,11).

Oder nach einer anderen Lesart: „Dient zur Zeit", so daß wir den Gottesdienst zur geeigneten Zeit verrichten: „Jedes Geschäft hat seine Zeit und Gelegenheit" (*Koh* 8,6).

990. – [2.2.1.3.4] Viertens [zeigt er, wie sich die Zuwendung der Liebe zu Gott verhalten soll] im Hinblick auf den Lohn des Dienstes, wenn er sagt: „Seid fröhlich in der Hoffnung", nämlich auf den Lohn, der im Genuß Gottes besteht: „Ich, der Herr, bin dein überaus großer Lohn" (*Gen* 15,2). „Wir rühmen uns in der Hoffnung auf die Herrlichkeit der Kinder Gottes" (*Röm* 5,2). Es macht aber die Hoffnung den Menschen fröhlich wegen der Gewißheit, dennoch bereitet sie ihm auch Pein wegen des Aufschubs: „Hoffnung, die hingehalten wird, macht der Seele Pein" (*Spr* 13,12).

991. – [2.2.1.3.5] Fünftens [zeigt er, wie sich die Zuwendung der Liebe zu Gott verhalten soll] im Hinblick auf die Schwierigkeit, die der Mensch im Dienst Gottes erduldet. Deshalb fügt er hinzu: „in der Trübsal", die ihr nämlich um Gottes willen ertragt: „Die Trübsal wirkt Ausdauer" (*Röm* 5,3).

992. – [2.2.1.3.6] Sechstens sagt er im Hinblick auf alles bisher Gesagte: „beharrlich im Gebet", womit die Beständigkeit im Gebet bezeichnet wird:

Lc. XVIII,1: "Oportet semper orare, et numquam deficere." II *Thess*. V,17: "Sine intermissione orate." Per orationem enim in nobis sollicitudo excitatur, fervor accenditur, ad Dei servitium incitamur, gaudium spei in nobis augetur et auxilium in tribulatione promeremur. *Ps*. CXIX,1: "Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, et exaudivit me."

993. – [2.2.2] Deinde, cum dicit "Necessitatibus sanctorum", etc., determinat de charitate quantum ad speciales quasdam personas.

[2.2.2.1] Et primo quidem quantum ad indigentes;

[2.2.2.2] secundo quantum ad inimicos, ibi "Benedicite persequentibus vos."

994. – Circa primum duo facit.

[2.2.2.1.1] Primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in universali, cum dicit "Necessitatibus sanctorum communicantes".

Ubi tria sunt notanda.

[2.2.2.1.1.1] Primo quidem quod eleemosynae ex charitate sunt impendendae indigentibus, sive necessitatem patientibus. *Eph*. IV,28: "Laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti."

[2.2.2.1.1.2] Secundo, quod potius est subveniendum iustis et sanctis quam aliis. Unde dicit "Necessitatibus sanctorum". *Eccli*. XII,5: "Da iusto, et non recipias peccatorem." Quod quidem non sic est intelligendum, quin etiam in necessitatibus sit peccatoribus subveniendum, sed quia non est eis subveniendum ad fomentum peccati.

[2.2.2.1.1.3] Utilius tamen est subvenire iustis, quia talis eleemosyna fructuosa est, non solum ex parte dantis, sed etiam ex suffragio recipientis. *Lc*. XVI,9: "Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula", scilicet suis suffragiis.

995. – [2.2.2.1.2] Secundo in speciali admonet ad hospitalitatem, dicens "hospitalitatem sectantes", quia scilicet in hoc misericordiae opere alia misericordiae opera includuntur. Nam hospes non solum domum exhibet ad manendum sed etiam alia necessaria subministrat. *Hebr*. ult. [XIII,2]: "Hospitalitatem nolite oblivisci." I *Petr*. IV,9: "Hospitales invicem sine murmuratione."

„Man muß allezeit beten und nicht nachlassen" (*Lk* 18,1). „Betet ohne Unterlaß" (1 *Thess* 5,17). Denn durch das Gebet wird in uns der Eifer angeregt, die Glut entfacht, der Antrieb zum Gottesdienst gegeben, die Fröhlichkeit der Hoffnung in uns vermehrt und schließlich Hilfe in der Drangsal verdient: „Zum Herrn rief ich, da ich in Drangsal war, und er hat mich erhört" (*Ps* 120,1).

993. – [2.2.2] Danach, wenn er sagt: „An den Bedürfnissen der Heiligen [nehmt Anteil]" usw., handelt er von der Liebe zu bestimmten besonderen Personen, und zwar:

[2.2.2.1] Und zwar erstens zu den Bedürftigen;

[2.2.2.2] zweitens zu den Feinden, dort, wo es heißt: „Segnet, die euch verfolgen."

994. – Zum ersten tut er zweierlei:

[2.2.2.1.1] Erstens leitet er im allgemeinen dazu an, den Bedürftigen Wohltaten der Liebe zu erweisen, wenn er sagt: „An den Bedürfnissen der Heiligen nehmt Anteil."

Hierbei ist zweierlei zu bemerken:

[2.2.2.1.1.1] Erstens, daß aus Liebe den Bedürftigen oder Notleidenden Almosen zu spenden sind: „Er arbeite, mit seinen Händen Gutes wirkend, damit er etwas habe, dem, der Mangel leidet, mitzuteilen" (*Eph* 4,28).

[2.2.2.1.1.2] Zweitens, daß eher den Gerechten und Heiligen zu helfen ist als den anderen. Daher sagt er: „An den Bedürfnissen der Heiligen". „Gib dem Guten und nimm dich des Sünders nicht an" (*Sir* 12,5). Dies ist aber nicht so zu verstehen, als ob man nicht auch in der Not den Sündern helfen darf, sondern daß ihnen nicht zur Begünstigung der Sünde zu helfen ist.

[2.2.2.2.1.3] Nützlicher jedoch ist es, den Gerechten zu helfen, denn die Almosen sind dann nicht nur von Seiten des Gebenden fruchtbar, sondern auch von Seiten des Empfangenden, der für einen betet: „Macht euch Freunde mittels des ungerechten Reichtums, damit sie, wenn ihr sterbt, euch in die ewigen Wohnungen aufnehmen" (*Lk* 16,9), nämlich durch ihre Fürbitten.

995. – [2.2.2.1.2] Zweitens ermahnt er im besonderen zur Gastfreundschaft, wenn er sagt: „Übt Gastfreundschaft", da nämlich in diesem Werk der Barmherzigkeit mehrere Werke der Barmherzigkeit eingeschlossen sind. Denn der Gastfreund bietet nicht nur sein Haus zum Wohnen an, sondern erweist auch andere notwendige Dienste: „Die Gastfreundschaft vergeßt nicht" (*Hebr* 13,2). „Seid gastfreundlich zueinander ohne Murren" (1 *Petr* 4,9).

Lectio XII 3

14 Benedicite persequentibus vos: benedicite, et nolite maledicere.
15 Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:
16 Idipsum invicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos:
17 Nulli malum pro malo reddentes; providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
18 Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:
19 Non vosmetipsos defendentes, carissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.
20 Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.
21 Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

996. – [2.2.2.2] Supra Apostolus ostendit qualiter charitas sit exhibenda indigentibus, nunc ostendit qualiter sit exhibenda etiam inimicis.

[2.2.2.2.1] Et primo ponit admonitionem;

[2.2.2.2.2] secundo probat quod dixit, ibi "Scriptum est enim", et cetera.

Circa primum considerandum est, quod ad charitatem tria pertinent.

[a] primo quidem benevolentia, quae consistit in hoc quod aliquis velit bonum alteri et malum eius nolit;

[b] secundo concordia, quae consistit in hoc quod amicorum sit idem nolle et velle;

[c] tertio beneficentia, quae consistit in hoc quod aliquis benefaciat ei quem amat et eum non laedat.

[2.2.2.2.1.1] primo ergo ponit ea quae pertinent ad benevolentiam;

[2.2.2.2.1.2] secundo ea quae pertinent ad concordiam, ibi "Gaudere cum gaudentibus";

[2.2.2.2.1.3] tertio ea quae pertinent ad beneficentiam, ibi "nulli malum", et cetera.

997. – Circa primum duo facit.

[2.2.2.2.1.1.1] primo monet ut benevolentia sit ampla, quae se extendat etiam ad inimicos,

Lesung XII 3

14 Segnet, die euch verfolgen; segnet und verflucht [sie] nicht.
15 Freut euch mit den Fröhlichen, weint mit den Weinenden.
16 Habt dieselbe Meinung untereinander; trachtet nicht nach hohen Dingen, sondern laßt euch herab zum Niedrigen. Haltet euch nicht selbst für klug.
17 Vergeltet niemandem Böses mit Bösem; sorgt euch um das Gute nicht nur vor Gott, sondern auch vor allen Menschen.
18 Wenn es möglich ist, so habt, soviel an euch liegt, mit allen Menschen Frieden.
19 Verteidigt euch nicht selbst, Geliebteste, sondern gebt dem Zorn[gericht] Raum; denn es steht geschrieben: „Mein ist die Rache; ich will vergelten", spricht der Herr.
20 Vielmehr, wenn dein Feind hungert, so speise ihn, wenn er dürstet, so gib ihm zu trinken. Denn wenn du dies tust, wirst du feurige Kohlen auf sein Haupt sammeln.
21 Laß dich nicht vom Bösen überwinden, sondern überwinde durch das Gute das Böse!

996. – [2.2.2.2] Oben hat der Apostel gezeigt, wie die Liebe den Bedürftigen zu erweisen ist; nun zeigt er, wie sie auch den Feinden zu erweisen ist.

[2.2.2.2.1] Und erstens gibt er die Ermahnung;

[2.2.2.2.2] zweitens beweist er das Gesagte, dort, wo es heißt: „Denn es steht geschrieben" usw.

Zum ersten ist zu bedenken, daß zur Liebe dreierlei gehört:

[a] erstens das Wohlwollen, das darin besteht, daß man das Gut des anderen will und sein Übel nicht will;

[b] zweitens die Eintracht, die darin besteht, daß die Freunde ein und dasselbe wollen und nicht wollen;

[c] drittens das Wohltun, das darin besteht, daß man dem wohltut, den man liebt, und ihn nicht verletzt.

[2.2.2.2.1.1] Erstens legt er folglich dar, was zum Wohlwollen gehört;

[2.2.2.2.1.2] zweitens, was zur Eintracht gehört, dort, wo es heißt: „Freut euch mit den Fröhlichen";

[2.2.2.2.1.3] drittens, was zum Wohltun gehört, dort, wo es heißt: „Vergeltet niemandem Böses mit Bösem" usw.

997. – Zum ersten tut er zweierlei:

[2.2.2.2.1.1.1] Erstens ermahnt er, daß das Wohlwollen weitherzig sei, so daß es sich auch bis auf die Feinde erstreckt,

cum dicit "Benedicite persequentibus vos".

Circa quod notandum est, quod benedicere est bonum dicere. Contingit autem bonum dicere tripliciter.

[a] Uno modo enuntiando, puta cum quis bonum alterius laudat. *Eccli*. c. XXXI,28: "Splendidum in panibus benedicent labia multorum et testimonium veritatis illius fidele."

[b] Alio modo imperando, et sic benedicere per auctoritatem, est proprium Dei, cuius imperio bonum ad creaturas derivatur: ministerium autem pertinet ad ministros Dei, qui nomen Domini super populum invocant. *Num*. VI,22-26: "Sic benedicetis filiis Israel, et dicetis eis: benedicat tibi Dominus, et custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui. Convertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem." Et post: "Invocabunt nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis."

[c] Tertio benedicit aliquis optando. *Ps*. CXXVIII,8: "Et non dixerunt qui praeteribant, benedictio Domini super vos." Et secundum hoc benedicere est bonum alicui velle, et quasi bonum pro aliquo precari. Et hoc modo accipitur hic.

998. – Unde in hoc quod dicitur "Benedicite persequentibus vos", datur intelligi quod etiam ad inimicos et persecutores debemus esse benevoli, eis bona optando et pro eis orando. *Matth*. V,44: "Diligite inimicos vestros, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos."

Quod autem hic dicitur, quodam quidem modo est in praecepto, quodam autem modo est in consilio.

Quod enim aliquis in generali dilectionis affectum impendat inimicis, non excludendo eos a communi dilectione proximorum et a communi oratione, quam quis pro fidelibus facit, pertinet ad necessitatem praecepti. Similiter etiam quod aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat, pertinet ad necessitatem praecepti. Unde dicitur *Ex*. c. XXIII,4: "Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reducas eum."

Sed quod aliquis in speciali dilectionis affectum et orationis suffragium, aut qualecumque subventionis beneficium exhibeat inimico, interdum etiam extra articulum manifestae necessitatis, pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur tam perfecta charitas hominis ad Deum

indem er sagt: Segnet, die euch verfolgen.

Hierzu ist zu bemerken, daß segnen soviel heißt wie Gutes sagen. Es läßt sich aber in dreifacher Weise Gutes sagen:

[a] zum einen durch Aussagen, insofern man das Gute eines anderen lobt: „Wer mit Speisen freigebig ist, den loben viele Lippen, und das Zeugnis seiner Trefflichkeit ist zuverlässig" (*Sir* 31,28).

[b] Zum anderen durch Anordnen; und so ist das Segnen aufgrund der Autorität Gott eigentümlich, auf dessen Anordnung hin das Gute auf die Geschöpfe niederfließt; während der Dienst hierbei den Dienern Gottes zukommt, die den Namen des Herrn über das Volk herabrufen: „So sollt ihr die Söhne Israels segnen und zu ihnen sagen: Der Herr segne dich und behüte dich; der Herr zeige dir sein Angesicht und sei dir gnädig! Der Herr wende dir sein Angesicht zu und gebe dir Frieden!" (*Num* 6,22-26). Und später: „Sie sollen meinen Namen über die Söhne Israels anrufen, und ich will sie segnen."

[c] Drittens segnet jemand durch Wünschen: „Und die Vorübergehenden sprechen nicht: Der Segen des Herrn sei über euch" (*Ps* 129,8). Und demnach ist Segnen soviel wie jemandem Gutes wollen und gleichsam das Gute für jemanden erbitten. Und in diesem Sinne ist es hier genommen.

998. – Deshalb muß, wenn es heißt: „Segnet, die euch verfolgen", dies so verstanden werden, daß wir auch gegenüber den Feinden und Verfolgern wohlwollend sein sollen, indem wir ihnen Gutes wünschen und für sie beten: „Liebt eure Feinde, und betet für die, die euch verfolgen und verleumden" (*Mt* 5,44).

Was aber hier gesagt wird, ist in bestimmter Weise ein Gebot, in bestimmter Weise aber nur ein Rat.

Daß man nämlich im allgemeinen die Gesinnung der Liebe den Feinden gegenüber hegt, indem man sie nicht von der allgemeinen Nächstenliebe ausschließt und vom allgemeinen Gebet, das man für die Gläubigen verrichtet, das fällt unter die Notwendigkeit des Gebotes. Ebenso fällt auch unter die Notwendigkeit des Gebotes, daß man im Falle der Not dem Feind die Tat der Liebe im besonderen erweist. Daher heißt es in *Ex* 23,4: „Wenn du einen Ochsen oder Esel deines Feindes herumirren findest, so bringe ihm denselben wieder zurück."

Daß aber jemand dem Feind im besonderen eine Tat der Liebe erweist, sei es durch Verrichtung eines Gebetes oder durch tätige Hilfeleistung, also außerhalb des Falles offenbarer Not, das gehört zur Vollkommenheit des Rates. Denn hierbei zeigt sich eine so vollkommene Liebe des Menschen zu Gott,

quod omne humanum odium superet.

Ille autem qui poenitet et misericordiam petit, iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Unde ei absque omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda. *Eccli*. XXVIII,2: "Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur."

999. – [2.2.2.2.1.1.2] Secundo docet quod benevolentia sive benedictio sit pura, id est absque permixtione contrarii. Unde dicit "Benedicite, et nolite maledicere", id est ita benedicatis quod nullo modo maledicatis.

Quod est contra quosdam qui ore benedicunt et corde maledicunt, secundum illud *Ps*. XXVII,3: "Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum." Et etiam contra illos qui quandoque benedicunt, quandoque maledicunt, vel quibusdam benedicunt, quibusdam maledicunt. *Iac.* III,10: "Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri." I *Petr*. III,9: "Non reddentes maledictum pro maledicto."

1000. – Sed contra hoc videtur esse quod in sacra Scriptura plures maledictiones inveniuntur. Dicit enim *Deut.* XXVII,26: "Maledictus qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit."

Ad quod dicendum est quod maledicere est malum dicere: quod quidem tripliciter contingit, sicut et benedicere, scilicet enuntiando, imperando et optando; et secundum quodlibet horum modorum potest bene et male fieri.

[i] Si enim id quod est materialiter malum, dicatur malum quolibet praedictorum modorum, sub ratione boni non est illicitum, quia hoc est magis benedicere, quam maledicere: unumquodque enim magis iudicatur secundum suam formam, quam secundum suam materiam.

[ii] Si vero aliquis dicat malum sub ratione mali, formaliter maledicit; unde est omnino illicitum. Utrumque autem horum contingit in hoc, quod aliquis enuntiando malum profert.

[a.i] Quandoque enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandum necessariam veritatem et sic dicit malum sub ratione veri necessarii, quod est bonum, unde est licitum.

daß sie jeden menschlichen Haß überwiegt.

Jener aber, der Reue zeigt und um Erbarmung fleht, ist bereits nicht mehr unter die Feinde oder Verfolger zu rechnen. Deshalb sind einem solchen ohne jede Schwierigkeit die Zeichen der Liebe zu erweisen: „Vergib deinem Nächsten, wenn er dir unrecht getan; so werden auch dir, wenn du darum bittest, deine Sünden nachgelassen" (*Sir* 28,2).

999. – [2.2.2.2.1.1.2] Zweitens lehrt er, daß das Wohlwollen oder Segnen rein sei, das heißt ohne Beimischung des Gegenteils. Deshalb sagt er: „Segnet und [ver-] flucht nicht"; das heißt segnet so, daß ihr in keiner Weise [ver-] flucht.

Dies richtet sich gegen solche, die mit dem Mund segnen, aber im Herzen [ver-] fluchen, nach *Ps* 27,3: „Die mit ihrem Nächsten freundlich reden, während sie Böses im Sinne haben". Auch richtet es sich gegen jene, die bisweilen segnen und bisweilen [ver-] fluchen, oder die die einen segnen, die anderen [ver-] fluchen: „Aus demselben Mund geht Segen und Fluch hervor. Nicht ziemt sich, meine Brüder, daß dies also geschehe" (*Jak* 3,10). „Vergeltet nicht Fluch mit Fluch" (1 *Petr* 3,9).

1000. – Dagegen aber scheint zu sprechen, daß es in der Heiligen Schrift eine mehrfache Verfluchung gibt. Es heißt nämlich in *Dtn* 27,26: „Verflucht sei, wer in den Worten dieses Gesetzes nicht beharrt, und sie nicht in Werken erfüllt."

Dazu ist zu sagen, daß Fluchen soviel heißt wie Böses sagen. Dies läßt sich, ebenso wie das Segnen, in dreifacher Weise verstehen, nämlich durch Aussagen, Anordnen und Wünschen; und gemäß einer jeden dieser Arten kann es gut oder schlecht geschehen.

[i] Wenn nämlich dasjenige, was materiell böse ist, böse genannt wird, so fällt es bei allen drei besagten Arten unter den Begriff des Guten und ist nicht unerlaubt. Denn dies bedeutet mehr ein Segnen als Fluchen. Jede Sache wird ja mehr nach ihrer Form beurteilt als nach ihrer Materie.

[ii] Wenn man aber Böses unter dem Gesichtspunkt des Bösen sagt, so flucht man formell, und dies ist durchaus unerlaubt.

[a] Beides kann nun vorkommen, wenn jemand durch Aussagen Böses sagt.

[a.i] Denn bisweilen sagt jemand Böses vom anderen aus, um die notwendige Wahrheit bekannt zu geben; und so sagt er das Böse unter der Rücksicht des notwendig Wahren, was gut und deshalb erlaubt ist.

Et hoc modo *Iob* III,1s. dicitur, quod Iob maledixit diei suae, enuntians malitiam praesentis vitae, sicut Apostolus dicit *Eph*. V,16: "Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt."

[a.ii] Quandoque autem aliquis enuntiat malum alterius sub ratione mali, scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. Dicitur enim I *Cor*. VI,10: "Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt."

1001. – [b] Similiter etiam in eo quod quis dicit malum imperando;

[b.i] contingit autem quandoque quod aliquis dicit id quod est materialiter malum sub ratione boni, puta cum ex imperio alicuius provenit alicui malum poenae propter iustitiam, quod quidem est licitum. Et hoc modo transgressores legis maledicuntur, id est, poenae secundum iustitiam deputantur.

[b.ii] Quandoque vero aliquis imperando dicit malum alterius iniuste, puta propter odium et vindictam. Et talis maledictio est illicita. *Ex*. XXI,17: "Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur."

1002. – [c] Et idem est etiam, circa id quod aliquis dicit malum optando.

[c.i] Si enim hoc optet sub ratione boni, puta ut per adversitatem alicuius perveniat ad spiritualem profectum, hoc licitum est. *Iob* V,3: "Vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini eius statim."

[c.ii] Si vero hoc homo faciat propter odium vel vindictam, est omnino illicitum. I *Reg*. XVII, v. 43: "Maledixit Philisthaeus David in diis suis."

1003. – [2.2.2.2.1.2] Deinde cum dicit "gaudere cum gaudentibus", etc., ponit ea quae pertinent ad concordiam.

[2.2.2.2.1.2.1] Et primo ponit concordiae documenta;

[2.2.2.2.1.2.2] secundo removet impedimenta, ibi "non alta sapientes", et cetera.

1004. – Concordia autem potest dupliciter attendi.

[2.2.2.2.1.2.1.1] Uno modo quantum ad affectum in bonis et in malis.

Auf diese Weise heißt es von Ijob, daß er seinen Tag verfluchte, indem er die Schlechtigkeit des gegenwärtigen Lebens zum Ausdruck brachte, wie der Apostel in *Eph* 5,16 sagt: „Nutzt die Zeit; denn die Tage sind böse."

[a.ii] Bisweilen aber sagt jemand Böses vom anderen aus unter dem Gesichtspunkt des Bösen, nämlich in der Absicht, ihn herabzuziehen; und dies ist unerlaubt. Es heißt nämlich in 1 *Kor* 6,10: „Weder Fluchende, noch Raubsüchtige werden das Reich Gottes erben."

1001. – [b] Ebenso verhält es sich auch, wenn jemand Böses sagt durch Anordnen.

[b.i] Denn auch hier kommt es vor, daß man das materiell Böse mit Rücksicht auf das Gute sagt, etwa wenn aus dem Anordnen des einen dem anderen das Übel der Strafe um der Gerechtigkeit willen erwächst. Dies ist erlaubt. Und in dieser Weise werden die Übertreter des Gesetzes verflucht, das heißt der Strafe gemäß der Gerechtigkeit überantwortet.

[b.ii] Bisweilen aber sagt auch jemand durch Anordnen in ungerechter Weise Böses vom anderen, etwa aus Haß und Rache, und solches Fluchen ist unerlaubt: „Wer seinem Vater oder seiner Mutter flucht, soll des Todes sterben" (*Ex* 21,17).

1002. – [c] Ebenso verhält es sich schließlich, wenn jemand durch Wünschen Böses sagt.

[c.i] Denn wenn er dies wünscht mit Rücksicht auf das Gute, etwa damit jemand durch Unglück zu geistigem Fortschritt gelange, so ist es erlaubt: „Ich sah den Toren festgewurzelt, aber sogleich verfluchte ich seine Schönheit" (*Ij* 5,3).

[c.ii] Wenn dagegen ein Mensch dies aus Haß oder Rache tut, so ist es durchaus unerlaubt: „Der Philister verfluchte David bei seinen Göttern" (1 *Kön* 17,43).

1003. – [2.2.2.2.1.2] Danach, wenn er sagt: „Freut euch mit den Fröhlichen" usw., nennt er dasjenige, was zur Eintracht gehört:

[2.2.2.2.1.2.1] Erstens gibt er Beispiele der Eintracht an;

[2.2.2.2.1.2.2] zweitens weist er die Hindernisse der Eintracht zurück, dort, wo es heißt: „Trachtet nicht nach hohen Dingen, sondern laßt euch herab zum Niedrigen."

1004. – Die Eintracht aber kann man zweifach betrachten:

[2.2.2.2.1.2.1.1] zum einen im Hinblick auf das Mitgefühl im Guten wie im Schlechten.

In bonis quidem, ut aliquis bonis aliorum congaudeat; unde dicit "gaudere", scilicet debetis, "cum gaudentibus". *Phil*. II, v. 17: "Gaudeo et congratulor omnibus vobis."

Sed hoc est intelligendum, quando quis gaudet de bono. Sunt autem quidam qui gaudent de malo, secundum illud *Prov*. II,14: "Laetantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis." Et in istis non est congaudendum. I *Cor*. XIII,6 dicitur de charitate, quod "non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati". In malis autem, ut aliquis tristetur de malis alterius. Unde subdit, "flere", scilicet debetis, "cum flentibus". *Iob* XXX,25: "Flebam quondam super eo, qui afflictus erat." *Eccli*. c. VII,38: "Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula."

Ipsa enim compassio amici condolentis consolationem in tristitiis affert dupliciter:

[a] primo quidem, quia ex hoc colligitur efficax amicitiae argumentum. *Eccli*. XII,9: "In malitia illius", id est in infortunio, "amicus cognitus est". Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum.

[b] Alio modo, quia ex hoc ipso quod amicus condolet, videtur se offerre ad simul portandum onus adversitatis, quod tristitiam causat. Et quidem levius portatur quod portatur a pluribus, quam ab uno solo.

1005. – [2.2.2.2.1.2.1.2] Secundo, concordia consistit in unitate sententiae, et quantum ad hoc dicit "idipsum", id est idem sitis, "invicem sentientes", ut scilicet in eadem sententia conveniatis. I *Cor*. I,10: "Sitis perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia." *Phil*. II,2: "Eamdem charitatem habentes unanimes, idipsum sentientes."

Sciendum est tamen, quod duplex est sententia.

[a] Una quidem quae pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, puta circa considerationes geometricas vel naturales: dissentire autem in talibus non repugnat amicitiae vel charitati, quia charitas in voluntate est. Huiusmodi autem iudicia non proveniunt ex voluntate, sed ex necessitate rationis.

Im Guten aber so, daß man sich mit anderen über ihre Güter freut. Deshalb sagt er: „Freut euch", nämlich ihr sollt [euch freuen], „mit den Fröhlichen": „Ich freue mich und frohlocke mit euch allen" (*Phil* 2,17).

Dies ist aber [nur] so zu verstehen, daß man sich über das Gute freut. Es gibt aber manche, die sich über das Böse freuen, nach *Spr* 2,14: „Sie freuen sich, wenn sie Böses getan haben, und über die schlimmsten Dinge frohlocken sie." Und mit diesen darf man sich nicht mitfreuen. Daher heißt es in 1 *Kor* 13,6 von der Liebe: „Sie freut sich nicht über die Ungerechtigkeit, sie freut sich aber mit der Wahrheit." Über Übel aber so, daß man traurig ist über die Übel eines anderen. Deshalb fügt er hinzu: „Weint", nämlich ihr sollt [weinen], „mit den Weinenden": „Einst weinte ich über den, der betrübt war" (*Ij* 30,25). „Laß die Weinenden nicht ohne Trost, und wandle mit den Trauernden" (*Sir* 7,38).

Dieses Mitleiden des mitleidenden Freundes bewirkt in den Trübsalen auf zweifache Weise zum Trost:

[a] erstens, weil damit ein wirksamer Beweis für die Freundschaft geliefert wird: „In seinen Übeln", das heißt im Mißgeschick, „wird der Freund erkannt" (*Sir* 12,9). Und dies ist erfreulich: zu erkennen, daß jemand einem ein wirklicher Freund ist.

[b] Zum anderen [bewirkt das Mitleiden Trost], weil dadurch, daß der Freund mitleidet, er sich selbst anzubieten scheint, die Last des Unglücks mitzutragen, was [auch bei ihm] Traurigkeit verursacht. Und leichter wird etwas von mehreren getragen als nur von einem allein.

1005. – [2.2.2.2.1.2.1.2] Zweitens besteht die Eintracht in der Einheit der Meinung, und im Hinblick hierauf sagt er: „Habt dieselbe", das heißt seid dieselben in der „Meinung untereinander", so daß ihr nämlich in ein und derselben Meinung übereinstimmt: „Seid vollkommen im selben Sinn und in derselben Meinung" (1 *Kor* 1,10). „Habt die gleiche Liebe, und seid einmütig eines Sinnes" (*Phil* 2,2).

Man muß jedoch wissen, daß es eine zweifache Meinung gibt:

[a] Eine solche, die zum Urteil des Verstandes im Hinblick auf die theoretischen Dinge gehört, wie etwa die geometrischen oder naturphilosophischen Betrachtungen. In solchen Dingen nun verschiedener Meinung zu sein, widerstreitet nicht der Freundschaft oder der Liebe. Denn die Liebe hat ihren Sitz im Willen, während derartige Urteile nicht aus dem Willen, sondern aus der Vernunftnotwendigkeit hervorgehen.

[b] Alia vero sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda, et in talibus dissensio amicitiae contrariatur: quia talis dissensio habet contrarietatem voluntatis. Et quia fides non solum est speculativa sed etiam practica, inquantum per dilectionem operatur, ut dicitur *Gal*. V,6, ideo etiam dissentire a recta fide, est contrarium charitati.

1006. – [2.2.2.2.1.2.2] Deinde cum dicit "non alta sapientes", etc., excludit impedimenta concordiae, quae quidem sunt duo.

[2.2.2.2.1.2.2.1] Primum est superbia, ex qua contingit quod dum aliquis inordinate suam excellentiam quaerit et subiectionem refugit, vult alium subiici et eius excellentiam impedire. Et ex hoc sequitur discordia. *Prov*. XIII,10: "Inter superbos semper iurgia sunt." Et ideo ad hoc removendum dicit "non" sitis "alta sapientes", ut scilicet inordinate vestram excellentiam appetatis. Supra XI,20: "Noli altum sapere, sed time". *Eccli*. III,22: "Altiora te ne quaesieris." "Sed" sitis "consentientes humilibus", id est his quae sunt humilia, id est quae abiecta videntur non recusetis cum oportuerit. *Ps*. LXXXIII,11: "Elegi abiectus esse in domo Dei mei." I *Petr*. ult. [V,6]: "Humiliamini sub potenti manu Dei", et cetera.

[2.2.2.2.1.2.2.2] Secundum impedimentum concordiae est praesumptio sapientiae, vel etiam prudentiae, ex qua contingit quod aliquis aliorum sententiae non credit. Ad quod removendum dicit "Nolite esse prudentes apud vosmetipsos", ut scilicet iudicetis solum id esse prudentiae quod vobis videtur. *Is*. V,21: "Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes." Supra XI,25: "Ut non sitis vobismetipsis sapientes."

1007. – [2.2.2.2.1.3] Deinde, cum dicit "Nulli malum pro malo", etc., docet illa quae pertinent ad beneficentiam, excludendo contrarium.

[2.2.2.2.1.3.1] Et primo docet quod non sit alicui malefaciendum ratione vindictae;

[b] Eine andere Meinung dagegen gehört zum Urteil der Vernunft im Hinblick auf die praktischen Dinge, und in solchen Urteilen widersprechen die auseinandergehenden Meinungen der Freundschaft. Denn solches Auseinandergehen der Meinungen besagt einen Gegensatz des Willens. Weil nun der Glaube nicht nur etwas Theoretisches, sondern auch etwas Praktisches ist, insofern er durch die Liebe tätig wird, wie es in *Gal* 6 heißt, widerspricht auch die Uneinigkeit der Meinung betreffs des rechten Glaubens der Liebe.

1006. – [2.2.2.2.1.2.2] Danach, wenn er sagt: „Trachtet nicht nach hohen Dingen" usw., schließt er die Hindernisse der Eintracht aus, welche zwei sind:

[2.2.2.2.1.2.2.1] Das erste ist der Hochmut. Denn aus ihm geht hervor, daß jemand in ungeordneter Weise seinen eigenen Vorrang sucht und die Unterwerfung scheut. Dabei will er zugleich, daß sich der andere unterwerfe, und versucht daher, dessen Vorrang zu verhindern. Hieraus entsteht die Zwietracht: „Unter den Hochmütigen ist immer Hader" (*Spr* 13,10). Um dies zu beseitigen, sagt er daher: „Trachtet nicht nach hohen Dingen", so daß ihr nicht in ungeordneter Weise euren Vorrang anstrebt: „Suche nicht das Hohe, sondern fürchte dich" (*Röm* 11,20). „Trachte nicht nach dem, was zu hoch für dich ist" (*Sir* 3,22). Sondern „laßt euch herab zum Niedrigen", das heißt dasjenige, was gering ist und was verachtet erscheint, weist nicht zurück, wenn es sein muß: „Ich will der Geringste im Hause meines Gottes sein" (*Ps* 84,11). „Demütigt euch unter die mächtige Hand Gottes" (1 *Petr* 5,6).

[2.2.2.2.1.2.2.2] Das zweite Hindernis für die Eintracht ist die Anmaßung der Weisheit oder auch Klugheit, von der es kommt, daß jemand die Aussagen der anderen nicht glaubt. Um dies zu beseitigen, sagt er: „Haltet euch nicht selbst für klug", so daß ihr nur das allein für klug erachtet, was euch selbst als solches erscheint: „Wehe euch, die ihr weise in euren eigenen Augen und vor euch selbst klug seid" (*Jes* 5,21). „Auf daß ihr euch nicht selbst erhebt" (*Röm* 11,25).

1007. – [2.2.2.2.1.3] Danach, wenn er sagt: „Vergeltet niemandem Böses mit Bösem" usw., lehrt er dasjenige, was zum Wohltun gehört, indem er das Gegenteil davon ausschließt.

[2.2.2.2.1.3.1] Und erstens lehrt er, daß man einem anderen nichts Böses tun darf aufgrund von Rache.

[2.2.2.2.1.3.2] secundo docet quod non sit alicui malefaciendum ratione defensionis, ibi "non vosmetipsos defendentes".

1008. – Circa primum tria facit.

[2.2.2.2.1.3.1.1] Primo prohibet vindictam dicens "nulli malum pro malo reddentes", scilicet sitis. *Ps*. VII,5: "Si reddidi retribuentibus mihi mala." I *Petr*. III, v. 9: "Non reddentes malum pro malo."

Sed hoc est intelligendum formaliter, sicut supra dictum est de maledicto: prohibemur enim affectu odii vel invidiae reddere malum pro malo, ita quod in malo alterius delectemur. Sed si pro malo culpae quod quis facit, reddat iudex malum poenae secundum iustitiam ad compensandam malitiam, materialiter quidem infert malum, sed formaliter et per se infert bonum. Unde cum iudex suspendit latronem pro homicidio, non reddit malum pro malo sed magis bonum pro malo. Et hoc modo Apostolus quemdam pro peccato incestus tradidit "Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret", ut habetur I *Cor*. V,5.

1009. – [2.2.2.2.1.3.1.2] Secundo docet quod etiam bona sint proximis exhibenda, dicens "providentes", scilicet sitis, "bona non tantum coram Deo", ut scilicet curetis satisfacere conscientiae vestrae coram Deo, "sed etiam coram omnibus hominibus", ut scilicet ea faciatis quae hominibus placeant. I *Cor*. X,32 s.: "Sine offensione estote Iudaeis, et gentibus, et Ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo." II *Cor*. VIII,21: "Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus."

Hoc tamen contingit et bene et male fieri. Si enim hoc fiat propter favorem humanum, non bene agitur. *Matth*. VI,1: "Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis." Si autem hoc fiat ad gloriam Dei, bene agitur, secundum illud *Matth*. c. V,6: "Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est."

[2.2.2.2.1.3.2] Zweitens lehrt er, daß man einem anderen nichts Böses tun darf aufgrund von Verteidigung, dort, wo es heißt: „Verteidigt euch nicht selbst."

1008. – Zum ersten tut er dreierlei:

[2.2.2.2.1.3.1.1] Erstens verbietet er die Rache, indem er sagt: „Vergeltet niemandem Böses mit Bösem": „Wenn ich denen, die mir Böses taten, vergolten habe [so möge ich nach Verdienst schutzlos dahinsinken vor meinen Feinden]" (*Ps* 7,5). „Vergeltet nicht Böses mit Bösem" (1 *Petr* 3,9).

Dies ist aber formell zu verstehen, wie es oben beim Fluchen gesagt wurde. Denn es ist uns verboten, aus dem Gefühl des Hasses oder der Rache heraus Böses mit Bösem zu vergelten, so daß wir uns am Übel des anderen erfreuen. Wenn aber der Richter das Übel der Schuld, das jemand beging, mit dem Übel der Strafe nach Gerechtigkeit vergilt, um einen Ausgleich für die schlechte Tat zu schaffen, so fügt er zwar materiell Böses zu, formell aber und an sich Gutes. Wenn deshalb der Richter den Straßenräuber für den Mord aufhängen läßt, so vergilt er nicht Böses mit Bösem, sondern Böses mit Gutem. Und auf diese Weise übergab der Apostel jemanden für die Sünde der Blutschande „dem Satan zum Verderben des Fleisches, damit der Geist gerettet werde", wie es in 1 *Kor* 5,5 heißt.

1009. – [2.2.2.2.1.3.1.2] Zweitens lehrt er, daß den Nächsten auch das Gute zu erweisen ist, indem er sagt: „Sorgt für das Gute nicht nur vor Gott", so daß ihr nur Sorge tragt, euer Gewissen vor Gott zu beruhigen, „sondern auch vor allen Menschen", so daß ihr nämlich das tut, was den Menschen gefällt: „Seid ohne Anstoß für Juden und Heiden und die Kirche Gottes, so wie auch ich allen in allem gefällig bin" (1 *Kor* 10,32). „Wir tragen Sorge für das Gute nicht allein vor Gott, sondern auch vor den Menschen" (2 *Kor* 8,21).

Aber auch dies kann wieder gut oder schlecht geschehen. Wenn dies nämlich um menschlicher Gunst willen geschieht, so handelt man nicht gut: „Achtet darauf, daß ihr eure Gerechtigkeit nicht vor den Menschen tut, um von ihnen gesehen zu werden" (*Mt* 6,1). Wenn dies aber zur Ehre Gottes geschieht, so ist es gut: „So leuchte euer Licht vor den Menschen, damit sie eure guten Werke sehen und euren Vater preisen, der im Himmel ist" (*Mt* 5,6).

1010. – [2.2.2.2.1.3.1.3] Tertio assignat rationem utriusque dictorum. Ad hoc enim debemus abstinere a retributione malorum, et coram hominibus bona providere, ut cum hominibus pacem habeamus, et ideo subdit "cum omnibus hominibus pacem habentes", *Hebr*. ult. [XII,14]: "Pacem sequimini cum omnibus." Sed hic addit duo,

[2.2.2.2.1.3.1.3.1] quorum primum est quod dicit "si fieri potest". Quandoque enim malitia aliorum impedit ne cum eis pacem habere possimus, quia scilicet cum eis pax haberi non potest, nisi eorum malitiae consentiatur, quam quidem pacem constat esse illicitam. Unde Dominus dicit *Matth*. X,34: "Non veni pacem mittere, sed gladium."

[2.2.2.2.1.3.1.3.2] Aliud autem addit dicens "quod ex vobis est", scilicet et si ipsi contra pacem agant, tamen quod in nobis est facere nos debemus, ut eorum pacem quaeramus. *Ps*. CXIX,7: "Cum his qui oderunt pacem eram pacificus." Et alibi: "Inquire pacem et persequere eam" [*Ps* XXXIII,15].

1011. – [2.2.2.2.1.3.2] Deinde, cum dicit "Non vosmetipsos defendentes", etc., ostendit quod non sunt mala proximis inferenda per modum defensionis.

[2.2.2.2.1.3.2.1] Et primo ponit documentum, dicens "non" sitis "vosmetipsos defendentes", o charissimi, sicut de Christo dicitur *Is*. L,6: "Dedi corpus meum percutientibus, et genas meas vellentibus." Et *Is*. LIII,7: "Quasi agnus coram tondente se obmutuit", et cetera. Unde et ipse Dominus mandavit *Matth*. V,39: "Si quis te percusserit in una maxilla, praebe ei etiam alteram."

Sed, sicut Augustinus dicit in libro *Contra mendacium*,[3] ea quae in novo testamento a sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligendarum Scripturarum, quae in praeceptis data sunt. Ipse autem Dominus cum alapa percussus esset, non ait: ecce altera maxilla; sed: "Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me caedis?" Ubi ostendit praeparationem alterius maxillae in corde esse faciendam. Paratus enim fuit Dominus non solum in altera caedi pro salute hominis, sed in toto corpore crucifigi.

[3] Vgl. Augustinus, *Contra mendacium* 15 (PL 40,506).

1010. – [2.2.2.2.1.3.1.3] Drittens gibt er den Grund für beides an, was er gesagt. Deswegen nämlich müssen wir uns der Vergeltung des Bösen enthalten und uns vor den Menschen um das Gute sorgen, damit wir mit den Menschen Frieden haben. Und deshalb fügt er hinzu: „Habt mit allen Menschen Frieden." „Sucht Frieden mit allen" (*Hebr* 12,14). Aber hier fügt er noch zweierlei hinzu:

[2.2.2.2.1.3.1.3.1] Das eine ist, daß er sagt: „wenn es möglich ist". Manchmal verhindert es nämlich die Schlechtigkeit der anderen, daß wir mit ihnen Frieden haben können. Denn man könnte mit ihnen nur Frieden haben, wenn man ihrer Schlechtigkeit beistimmen würde. Ein solcher Friede aber ist unerlaubt. Daher sagt der Herr in *Mt* 10,34: „Ich bin nicht gekommen, Frieden zu bringen, sondern das Schwert."

[2.2.2.2.1.3.1.3.2] Das andere aber fügt er hinzu, wenn er sagt: „soviel an euch liegt", nämlich auch wenn sie dem Frieden entgegen handeln, so müssen wir trotzdem, soweit es in unserer Macht steht, den Frieden mit ihnen suchen: „Bei denen, die den Frieden hassen, war ich friedlich" (*Ps* 120,7). Und woanders heißt es: „Suche Frieden und jage ihm nach!" (*Ps* 33,15).

1011. – [2.2.2.2.1.3.2] Danach, wenn er sagt: „Verteidigt euch nicht selbst" usw., zeigt er, daß man dem Nächsten nichts Böses in der Weise der Verteidigung zufügen darf.

[2.2.2.2.1.3.2.1] Erstens führt er ein Beispiel an, indem er sagt: „Verteidigt euch nicht selbst", Geliebteste, wie es auch von Christus in *Jes* 50,6 heißt: „Meinen Leib gab ich den Schlagenden hin und meine Wangen den Raufenden." Und in *Jes* 53,7: „Wie ein Lamm vor seinem Scherer verstummt" usw. Deshalb hat auch der Herr selbst in *Mt* 5,39 geboten: „Wenn dich jemand auf die rechte Wange geschlagen hat, so halte ihm auch die andere hin."

Aber, wie Augustinus im Buch *Gegen die Lüge* sagt, kann dasjenige, was im Neuen Testament von den Heiligen getan worden ist, als Beispiel dienen zum Verständnis dessen, was in der Heiligen Schrift als Gebot gegeben ist. Als nun aber der Herr selbst den Backenstreich erhalten hatte, sagte er nicht: ‚Siehe, hier ist die andere Wange', sondern: „Wenn ich unrecht gesprochen habe, so bezeuge, daß es unrecht sei; wenn ich aber recht geredet habe, warum schlägst du mich?" Damit zeigt er, daß die Darbietung der anderen Wange im Herzen geschehen soll. Denn der Herr war nicht nur bereit gewesen, auf die andere Wange für das Heil der Menschen geschlagen zu werden, sondern auch mit seinem ganzen Körper an das Kreuz geheftet zu werden.

Et sicut Augustinus dicit *ad Marcellinum*,[4] tunc quidem hoc mandatum recte fit cum ei creditur profuturum esse propter quem fit, ad operandam in eo correctionem atque concordiam, etiam si alius exitus consequatur.

Sunt igitur ista praecepta patientiae semper in cordis praeparatione retinenda et ipsa benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem et multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis.

1012. – [2.2.2.2.1.3.2.2] Secundo assignat rationem, cum dicit "sed date locum irae", id est divino iudicio. Quasi diceret: committatis vos Deo, qui suo iudicio potest vos defendere et vindicare, secundum illud I *Petr*. ult. [V,7]: "Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis."

Sed haec intelligenda sunt in casu in quo nobis non adest facultas aliter faciendi secundum iustitiam; sed quia, ut dicitur *Deut*. I, v. 17: "Domini est iudicium", cum aliquis auctoritate iudicis, vel vindictam quaerit ad comprimendam malitiam et non propter odium, vel etiam cum auctoritate alicuius superioris suam defensionem procurat, intelligitur locum dare irae, id est divino iudicio, cuius ministri sunt principes, ut dicitur infra XIII,4. Unde etiam Paulus procuravit se per armatos defendi contra insidias Iudaeorum, ut patet *Act*. XXIII,12 ss.

1013. – [2.2.2.2.2] Deinde, cum dicit "Sicut scriptum est", etc., probat quod dixerat. Et

[2.2.2.2.2.1] primo per auctoritatem;

[2.2.2.2.2.2] secundo per rationem, ibi "Noli vinci a malo", et cetera.

1014. – Circa primum duo facit.

[2.2.2.2.2.1.1] Primo probat quod dictum est de prohibitione vindictae, dicens dictum est: "date locum irae", id est divino iudicio, "scriptum est enim", *Deut*. XXXII,35, "Mihi vindictam", scilicet servate, et "ego retribuam, dicit Dominus".

[4] Vgl. Augustinus, *Epistula* 138 *ad Marcellinum* (CSEL 44,250-262).

Und wie Augustinus im *Brief an Marcellinus* sagt, hat dieses Gebot nur dann einen Sinn, wenn man der Ansicht ist, daß es dem anderen zum Nutzen gereichen wird, den man dadurch bessern und zur Eintracht führen will, auch auf die Gefahr hin, daß es einen anderen Ausgang nimmt.

Also sind diese Gebote der Geduld immer im Herzen in Bereitschaft zu halten, und das Wohlwollen, nicht Böses mit Bösem zu vergelten, ist immer im Willen auszuführen. Zu tun aber ist noch immer vieles mit Bereitwilligkeit, obwohl es dem Willen wehe tut.

1012. – [2.2.2.2.1.3.2.2] Zweitens gibt er den Grund an, wenn er sagt: „sondern gebt dem Zorn[gericht] Raum", das heißt dem göttlichen Gericht. So als wollte er sagen: Überlaßt es Gott, der euch durch sein Gericht verteidigen und rächen kann, nach 1 *Petr* 5,7: „Alle eure Sorgen werft auf ihn; denn er sorgt für euch."

Dies ist aber nur für den Fall zu verstehen, in dem uns keine Möglichkeit zu Gebote steht, der Gerechtigkeit entsprechend anders zu handeln. Aber weil, wie es in *Dtn* 1,17 heißt, „das Gericht des Herrn ist", heißt es auch dann, wenn jemand entweder in seinem Amt als Richter Rache sucht, um die Schlechtigkeit zu unterdrücken, und nicht aus Haß; oder auch wenn jemand in der Vertretung eines Höheren seine Verteidigung sucht, „dem Zorn[gericht] Raum geben", das heißt dem göttlichen Gericht, dessen Diener die Vorgesetzten sind, wie es unten in 13,4 heißt. Deshalb sorgte auch Paulus dafür, sich durch Bewaffnete gegen die Nachstellungen der Juden zu verteidigen, wie aus *Apg* 23,12ff hervorgeht.

1013. – [2.2.2.2.2] Danach, wenn er sagt: „Denn es steht geschrieben" usw., beweist er, was er gesagt hat, und zwar

[2.2.2.2.2.1] erstens durch eine Schriftstelle;

[2.2.2.2.2.2] zweitens durch die Vernunft, dort, wo es heißt: „Laß dich nicht vom Bösen überwinden."

1014. – Zum ersten tut er zweierlei:

[2.2.2.2.2.1.1] Erstens beweist er das, was er vom Verbot der Rache gesagt hatte, indem er sagt: Es wurde gesagt: „Gebt dem Zorn[gericht] Raum", das heißt dem göttlichen Gericht. „Es steht nämlich geschrieben" in *Dtn* 32,35: „Mein ist die Rache"; nehmt euch nämlich in acht, „und ich will vergelten, spricht der Herr".

Nostra littera sic habet: "Mea est ultio, et ego retribuam eis in tempore." *Ps*. XCIII,1: "Deus ultionum Dominus". *Nahum* I,2: "Deus aemulator et ulciscens Dominus."

[2.2.2.2.2.1.2] Secundo probat per auctoritatem, quod dictum est de benevolentia exhibenda inimicis. In qua quidem auctoritate,

[2.2.2.2.2.1.2.1] primo, ponit documentum ut subveniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate praecepti, ut supra dictum est. Et hoc est quod dicit "sed, si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi". *Matth*. V, v. 44: "Benefacite his qui oderunt vos."

[2.2.2.2.2.1.2.2] Secundo rationem assignat, dicens "hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius". Quod quidem uno modo potest intelligi in malum, ut sit sensus: si tu ei benefacias, bonum tuum vertetur ei in malum, quia ex hoc incurret combustionem ignis aeterni per suam ingratitudinem. Sed iste sensus repugnat charitati, contra quam ageret, qui alicui subveniret ut ei proveniret in malum.

Et ideo est exponendum in bonum, ut sit sensus "hoc enim faciens" id est, in necessitate ei subveniens, "carbones ignis", id est amorem charitatis de qua dicitur *Cant*. VIII, v. 6: "Lampades eius, ut lampades ignis atque flammarum" "congeres", id est, congregabis, "super caput", id est, super mentem "eius". Quia, ut Augustinus dicit in libro *De catechizandis rudibus*, "nulla est maior provocatio ad amandum, quam praevenire amando. Nimis enim durus animus qui dilectionem: et si nolebat impendere, nolit rependere."

1015. – [2.2.2.2.2.2] Deinde, cum dicit "noli vinci a malo", etc., probat quod dixit per rationem. Naturale est enim homini ut velit adversarium vincere et non vinci ab eo. Illud autem ab aliquo vincitur, quod ad illud trahitur, sicut aqua vincitur ab igne quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo, propter malum quod sibi ab aliquo infertur, trahatur ad hoc quod ei male faciat, bonus a malo vincitur.

Unsere Lesart lautet: „Mein ist die Vergeltung, und ich will vergelten zu seiner Zeit." „Der Gott der Vergeltung, der Herr" (*Ps* 94,1). „Ein eifernder und vergeltender Gott ist der Herr" (*Nah* 1,2).

[2.2.2.2.2.1.2] Zweitens beweist er durch eine Schriftstelle, was vom Wohlwollen gegenüber den Feinden gesagt wurde. In dieser Schriftstelle erwähnt er

[2.2.2.2.2.1.2.1] erstens ein Beispiel, daß wir nämlich den Feinden im Notfall zu Hilfe kommen sollen, weil dies unter die Notwendigkeit des Gebotes fällt, wie oben gesagt wurde. Und deshalb sagt er: „Vielmehr, wenn dein Feind hungert, so speise ihn; wenn er dürstet, so gib ihm zu trinken": „Tut Gutes denen, die euch hassen" (*Mt* 5,44).

[2.2.2.2.2.1.2.2] Zweitens gibt er den Grund dafür an, wenn er sagt: „Denn wenn du dies tust, wirst du feurige Kohlen auf sein Haupt sammeln." Dies läßt sich zum einen im schlechten Sinn verstehen, so daß der Sinn ist: Wenn du ihm wohltust, wird ihm das Gute zum Bösen ausschlagen, weil er dadurch dem Brennen im ewigen Feuer wegen seines Undankes entgegengeht. Dieser Sinn widerspricht jedoch der Liebe, gegen die derjenige handeln würde, der jemandem hilft, damit es ihm zum Bösen ausschlägt.

Und daher ist es im guten Sinne auszulegen, so daß der Sinn ist: „Denn wenn du dies tust", das heißt ihm im Notfall hilfst, „wirst du feurige Kohlen", das heißt das Feuer der Liebe, von der es in *Hld* 8,6 heißt: „Ihre Gluten sind wie Feuergluten und Flammen", „auf sein Haupt", das heißt in seinen Geist, sammeln. Denn, wie Augustinus im Buch *Über die Taufbewerber* sagt: „Es gibt keine größere Herausforderung zur Liebe, als im Lieben zuvorkommen. Denn überaus hart wäre das Herz, das, weit entfernt, zuerst zu lieben, nicht einmal Liebe mit Gegenliebe erwiderte."

1015. – [2.2.2.2.2.2] Danach, wenn er sagt: „Laß dich nicht vom Bösen überwinden" usw., beweist er, was er gesagt hat, durch die Vernunft. Es ist nämlich dem Menschen natürlich, den Gegner überwinden zu wollen und nicht von ihm überwunden zu werden. Das aber wird von einem anderen überwunden, was zu jenem hingezogen wird; wie auch das Wasser vom Feuer überwunden wird, sobald es zur Wärme des Feuers hingezogen wird. Wenn also ein guter Mensch aufgrund des Übels, das er von jemandem erleidet, dazu hingezogen wird, daß er ihm wieder Übel antut, so wird das Gute vom Bösen überwunden.

Si autem e contrario propter beneficium quod bonus persecutori exhibet, eum ad suum amorem trahat, bonus malum vincit. Dicit ergo "noli vinci a malo", scilicet eius qui te persequitur, ut tu eum persequaris, "sed in bono tuo vince malum" illius, ut scilicet ei benefaciendo, eum a malo trahas. I *Io*. ult. [V,4]: "Haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra." *Ier*. XV,19: "Ipsi convertentur ad te, et tu non converteris ad eos."

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

Wenn dagegen der Gute durch die Wohltat, die er dem Verfolger erweist, denselben zu seiner Liebe hinzieht, dann überwindet der Gute den Bösen. Er sagt also: „Laß dich nicht vom Bösen überwinden", nämlich vom Bösen dessen, der dich verfolgt, so daß du ihn wieder verfolgst, „sondern überwinde durch das Gute das Böse" desselben, nämlich so daß du ihn, indem du ihm wohltust, vom Bösen abziehst: „Das ist der Sieg, der die Welt überwindet: unser Glaube" (1 *Joh* 5,4). „Jene werden sich zu dir umwenden, und nicht du wirst dich zu ihnen wenden" (*Jer* 15,19).

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing
auf der Grundlage der Übersetzung von Helmut Fahsel)